¶Idem autem dicendum videtur:vbi nō poteſt appellari:ſed ſup-
plicari in Authen.vt Sponſ.lar.§.aliud.collatio.ix.

¶Qualiter fieri debeat appellatio:⁊ que
conditiones obſeruande.

¶Appellatio vel fit a diffinitiua ſententia. Et diſtingue. Quia vel
appellatur ilico:atqꝫ incontinenti. Et ſic poteſt viua voce:apud
acta appellari.C.de appellatio.l.litigatoribus ⁊.ij.queſtio.vj.c.
ei qui.§.litigatoribus infine.

¶Uel non incontinenti: ſed poſtquam a tribunali iudex receſſerit:
⁊ tunc debet fieri appellatio in ſcriptis.C. de appella. l.litigato
ribus.ff.quando appella.ſit.l.j.§.dies.

¶Et non eſt neceſſe ſcribere ⁊ exprimere cauſſam appellandi:extra
de appella.c.j.lib.vj.

¶Uel ab interlocutoria ſententia.Et tunc appellatur vel in iudicio
⁊ incontinenti: vel extra:vſqꝫ ad decendium in ſcriptis.d.c.j.ex-
tra lib.vj.Et cauſſa appellandi hic exprimenda eſt.d.c.j.vide la-
tius Spe.recitantem opiniones aliquorum.

¶Uel a ſententia excommunicatiõis.Et ſimiliter debet iuſta cauſ-
ſa appellandi exprimi.Sunt tamen qui dicant appellationem ta
lem tenere:ſine iuſte cauſſe expreſſione:ſicut in appellatiõe a ſen-
tentia diffinitiua:⁊ allegant.c. per tuas. extra de ſenten.excom.
Uide Speculatorem.

¶Uerum qualiter appellationes in diuerſis articulis ſint forman-
de:⁊ quid appellat.continere debeat.Uide Specu. in tractatuli
bellorum lib.ij.parte.iij.titu.de appel.§.de offi.quoqꝫ.

¶Conditiones obſeruande in appellatione duplices.

¶Neceſſarie.

1 ☞ Ut proponat in appellatione cauſſam grauaminis:vel illati:
vel comminati:extra de appellatio.c.vt debitus: que probata de
bet legitima reputari.dicto.c. ⁊ ſequen.

2 Quod cauſſa ſit expreſſa ⁊ vera:extra eod.c.interpoſita.Uide.

3 Quod ſi propoſita ſit exceptio:faciat iudicez ſuper ea interloqui
vtrum eam velit admittere:vel nõ:alioqui non poſſet corã iudice
appellationis oſtẽdere ſe ex hac cauſſa grauatum eſſe.

4 Ut appellationem ſuam aduerſario ſuo notificet: maxime cum
non incontinenti appellatur.

5 Quod fiat in ſcriptis.

6 Quod fiat intra.x.dies vt ſupra dictum eſt.

7 Quod petantur Apo.inſtãter intra.xxx.dies.Et ſi eos haberenõ
poteſt:proteſtetur:vt infra dicemus.

8 Si appellans velit:debet venire inſtructus ad eum iudicem ad
quem appellat:vel inſtructum mittet ad totam cauſſaz:aliter re
putabitur nõ appellans:extra de appel.c.j.lib.vj.

9 Debet ſolicite procurare:vt intra annum terminetur:vt infra la-
tius dicetur.

10 Quod nomen iudicis a quo appellatur:⁊ nomen appellationis:⁊
eius ad quez appellatur:⁊ nomen aduerſarij.i.contra quẽ appel-
latur:exprimatur.ff.de appel.l.j.in fi.Si non exprimatur:tamen
non nocet. vt videtur velle.l. iij.ff. eo.Uide.



¶Non neceſſarie.

¶Quod offerat ſe paratum ſtatim probare cauſſam:propter quam
appellat:quod ſi denegetur:hoc commodi habet:quod veritatez
cauſſe appellationis non cogitur probare corã iudice appellatio
nis:probata illa recuſatione.Uide Specu.

2 Appellans ſit cautus:⁊ attendat an ſibi expediat aſſignare ter-
minum:ad proſequendam appellationem vel non.Quod poteſt
facere:extra eo.c.oblate.Et qualem:an longum:vel breuem. Ui-
de hic latius Speculatorem.

¶Intra que tempora fieri debeat
appellationis proſecutio.

¶Regulariter tẽpus excercende ⁊ finiende appellatiõis eſt annus:
⁊ ex iuſta cauſſa puta impedimenti biennium:intra quod tempꝰ
vtraqꝫ ⁊ altera pars poteſt proſequi cauſſam.Quo tranſacto:lite
non completa iudiceqꝫ appellationis nihil pronunciante:ſenten-
tia prima tranſit in rem iudicatam:⁊ manet rata.Si ergo appel
lans vult abſente aduerſario pronuntiari ne ſententia prima cõ
firmetur:debet vltimo menſe comparere: ⁊ aduerſarium facere
citari.C.de tempo.⁊ repara.appel.authen.ei qui extra de appel.
ei qui .extra de appel.c. conſtitutus. Poteſt tamen iudex a quo
appellatur:tempus breuius moderari.extra de appel.c. cum ſit
Romana.⁊.c.ſepe.que vide.Ueruntamen hec regula certas ha-
bet fallentias: id eſt exceptiones.

¶Exceptiones a predicta regula.

1 ☞ Cum appellator iuſte impeditus non poteſt perſequi appel
lationem.Quia tunc etiam poſt bienniuz proſequi poteſt: extra
de appel.c.ex ratione.Juſte autez impeditur:ſi ipſe vel eius pro
curator in itinere capiatur:⁊ id genus alia:arg.C.qui pet.tu.vel
cura.l.cum a matribus:extra de pigno.c.peñ.Uel propter infir-
mitatem:vel propter tempeſtatem:vel inopiam. v.q.iij.c.ſi egro
tans extra de dolo ⁊ contu.c. cum dilecti.

¶Preterea iuſta cauſſa eſt:cum lis in conſiſtorio imperatoris infe-
randa:⁊ imperator proceres conuocare non poteſt intra hoc tẽ-
pus.ij.q.vj.c.anteriorum.verſi.ad hoc. Simile eſt de curia pon-
tificis.Uide Spe.pleraſqꝫ alias deſcribentem.

2 Cum appellans non poteſt habere iudicis copiam ad quẽ appel
lauit:quia vel nõ vult:vel non poteſt prodecere in authen. vt ſpõ
ſa.largi.§.hoc quoqꝫ.In hoc tamen caſu cõſule fecerit appellãs:
ſi proteſtetur hoc publice:extra de appellati.c.fina.

3 Si tempore proſequende appellationis partes cauſſam ad arbi
tros cõmiſerint. Nam tunc etiam poſt biennium cauſſa reduci
poteſt ad iudices appellationis.C.de tempo.ap.l.j.in authen.ſi
tamen:⁊ authen.de appel.col.viij.⁊ extra de appel.c.ſignifican-
tibꝰ.Et generaliter ſola negligẽtia imputatur:arg.ff.de excuſa.
tut.l.ſcire oportet.Premiſſa fere omnia probãtur in authẽ.de his
qui ingredi.ad appel.in prin.§.j.ſi.⁊.iij.Uide ⁊ latius Spe.

¶Quoties ſit appellandum.

¶ Regulariter appellari poteſt ſuper quolibet articulo: vel grauami-
mine: ⁊ a qualibet interlocutoria ante ſententiam. Uerum a diffi
nitiua ſententia: tantū bis appellatur: nō tertio extra de appel.
c. directe. C. ne liceat in vna eademq; tertio pro. l. vnica. extra de
appella. c. ſua nobis. Quo fit vt cum multa ſint capitula in cauſ
ſa: ante litis conteſtatio. multoties poſſit appellari.

¶ Nam ſuper quolibet poteſt bis appellari. Sic ⁊ poſt ſententiam
diffitiuam bis tantum: intellige ab eadē parte. Nam altera etiā
poteſt ſuper eod. c. vel ſententia appellare. vide Spe.

¶ Et nota quod licet tertio non appelletur: tamen in integrū reſti
tutio petitur: ⁊ ſupplicatur cōtra res bis iudicatas. ff. de mino. l.
minor. ⁊. l. ſequen. extra de in integrū reſtitu. l. cum ex literis. §. pe
nul. extra de re iudica. c. cauſſa.

¶ Preterea licet regulariter bis poſſit appellari tamen quādoq; tan
tum ſemel appellatur. C. de epiſco. audi. l. ſi quis litigantiū ⁊. C.
de appella. l. iubemus ⁊. l. in offerēdis. in authen. de appella. ⁊ in-
tra que tempo. §. illud. col. iiij. ⁊. ij. q. vj. c. anteriorū. §. illud.

¶ Quod ſit officium eius a quo appellatur.

1 ☞ Ut recipiat appellationē ⁊ reuerēter ei deferat: ſi ex cauſſa le
gitima ſit interpoſita: quod ſi non fecerit: ſecundū leges punitur
in. xxx. libris auri: ⁊ ſimiliter officialis eius. C. de appel. l. quoniā
iudices: ⁊. l. iudicibus. Uide ſecundū. cc. vero debet deponi. ij. q.
vj. c. decreto. Secundum Decretales autem mittitur ad ſedem
apoſtolicā pro meritis recepturus: extra de appel. c. de priore. Et
non nocebit appellanti: ſi eius appellatio legitima non admitta
tur: extra de appel. c. Sepe. Si vero appel. talis quod iudex eam
non debet recipere: nō punitur non recipiens: imo debet appellā-
tem temere punire ſecundū. ll. in. 50. libris argen. C. quorū appel.
non reci. l. ab executore. in fi. Et quandoq; etiā temere appellās:
fit infamis. C. de appel. l. a proconſulibus. Secundum. cc. vero re-
mittendus eſt ad eū a quo appellauit: condēnatus in expenſas:
vt in. c. vt debitꝰ. in fi. Porro quis iudicare debeat ſuper appella-
tione: ⁊ cauſſa expreſſa an ſit probabilis ⁊ iuſta. Item que cauſſe
iuſte ⁊ rationabiles: que medie ſiue dubie vide apud Spe.

2 Recepta appellatione: debet dare appellanti apoſtolos requiſi-
tos: ⁊ offerre etiam non petenti. de quibus infra. Et ſecundū lo-
corum diſtantiam ac perſonarum ⁊ negotij qualitatem appellā-
ti tempus indulgeat ad perſequendam appellationem: extra de
appel. c. primo. lib. vj.

3 Appellatiōe pendente: ſiue recepta ſit: ſiue non: nouari nihil de
bet: niſi certum ſit appellationē fore temerariam ⁊ iniuſtā: tunc
enim poteſt exequi ſententiam: vt ſi ſit conuictus de crimine: vel
ſit inſignis latro ⁊. c. de quibus dictum eſt. s.

¶ Quod officium eius ad quem appellatur.

1 ☞ Recipere appellationē oblatam ⁊ diligenter eius formā inſpi
cere: ⁊ videre an fuerit intra decem dies appellatum: vel an fue-
rit appellationi renunciatum tacite vel expreſſe: extra de appel.



c. Romana. §. ſi vero. libro. vj.

2 Ubi ante ſententiam appellatum eſt: debet videre ex qua cauſſa
ſit appellatum: nempe an ſit talis que probata ſit legitima: ⁊ an
cauſſa ſufficiens ſit propoſita.

3 Debet partes citare: ⁊ corā ſuo tribunali vocare: extra de appel.
c. per tuas. niſi quando appellationi defertur a iudice: ⁊ terminꝰ
prefigitur ad proſequendam appellationem. Quandoquidem
terminus prefixus habetur loco peremptorie citationis: extra de
appella. cap. ſepe.

4 Ubi cognouerit cauſſam ſufficientem recipiat libellum: ⁊ fiat lit.
conteſtatio.

5 Ubi cognouerit cauſſam appellationis iniuſtam vel temerariā:
pronuntiabit appellationem iniuſtam: ⁊ condemnabit appellan
tem in expenſis: ⁊ ad eū a quo appellauit remittet: vt ille in cauſ
ſa procedat: extra de appel. c. vt debitus. in fi. ⁊. c. cum in eccleſia.
extra de offi. deleg. c. inſinuante: extra de eo qui mitt. in poſ. cau.
rei ſer. c. cū veniſſet. in fi. ij. q. vj. c. anteriorum in fi.

¶ Uerum ſi a definita ſententia appellatum ſit: non eſt quod iudex
magnopere laboret inquirendo. an cauſſa appellatiōis fuerit iu-
ſta vel iniuſta. Quandoquidē a diffinitiua poteſt appellari ſine
cauſſe expreſſione ſufficitq; dicere: appello ab iniqua ſentētia.

¶ Porro varias appellationum formulas vide apud Speculatorē:
ſcitu enim digne ſunt.

¶ Quis ſit effectus appellationis.

¶ Effectus appellationis is eſt: vt ea pendente nihil innouetur: ſed
omnia in eo ſtatu permaneant: in quo erant tempore appellatio
nis emanate. ij. q. vj. c. poſt appellationem interpoſitam. ff. nihil
inno. appel. pen. l. vnica. extra de ap. c. bone. C. eo. l. iij.

¶ Excipiuntur tamen multi caſus in quibus innouare licet. Et
ſunt qui ſequntur.

¶ Caſus in quibus innouare licet pendente appellatiōe.

1 ☞ Cum reus ſuſpectus eſt de dilapidatione fructuum rei actori
adiudicate: hoc enim caſu fructus ſeparantur. ij. q. vj. c. quoties
⁊ extra de ſequeſt. poſ. ⁊ fruct. c. fi. C. quo. appel. non reci. l. ab exe
cutione. ff. de appel. l. Imperatore.

2 Cum heres conuictus ſuper legato appellat: nō tamen defertur
appellationi: imo cauere debet de reſtituendo. ff. vt lega. vt fidei
com. no. caue. l. poſtq; . §. Imperator.

3 Si condemnatus de crimine appellat: nec poteſt dare fideiuſſorē:
quoniam erit in cuſtodia vſq; dum veniat ad eum ad quē appel
lauit. C. de appel. l. eos qui. §. ſuper his.

4 In illis caſibus: in quibus appellatio non admittitur: de qui-
bus ſupra viſum eſt.

5 Si excommunicatus appellet ab excommunicationis ſententia
poſt appellationem poteſt excommunicatus denuntiari: extra de
appel. c. paſtoralis. §. verum quia.

6 Quando ſuper notorio crimine accuſatus offert excuſatiōis pro

bationes:quibus nõ obſtantibus ꝛ reiectis iudex procedit:ꝛ ab hoc talis accuſat⁹ appellat nihilominus poſt appellationem iudex contra talem pronuntiat.Dicunt talem ſententiam tenere: dummodo coram iudice appellationis de notorio fiat fides.

¶Sed ſecus eſt in alijs iudicijs:que per omnia iudiciarium ordinem requirunt.Uide Spe.

7 Iudex:a quo appellatũ eſt:quandoqꝫ interponit ſuã iuriſdictionem:propter animarum periculum in fauorem matrimonij:extra de matrimo.con.interdict.eccle.con.c.ij.Quidam tamen hoc ſolum admittunt in ordinario.

8 Ordinarius poteſt poſt appellationem poſſeſſionem turbatam reformare.extra de appellationibus.c.cum teneamur.

9 Ubi ordinarius ignorat appellatum fuiſſe ad ſuperiorem:tenet ſententia contra appellantem per eum lata.extra de appel.c.ſi duobus.

10 Poteſt ꝛ appellantem notorie delinquentem punire extra de ap.c.propoſuit.in fi.

11 Iudex a quo appellatur:poteſt tempus appellationis a lege preſcriptum:de quo ſupra moderari.c.cuꝫ ſit Romana.extra de appel.Uide.

12 Poteſt ꝛ appellantem cogere propriam appellationeꝫ proſequi: extra de ap.c.conſuluit.in fi.ꝛ.c.reprehenſibilis.§.j.

13 Si prefixus ſit a iudice terminus ad proſequendam appellationem:ꝛ appellans intra illud non proſequatur:iudex poterit ſententiam exequi:vel in cauſſa procedere.d.c.cuꝫ ſit Romana.ver.infra quod.ꝛ.c.ad aures.eo.vide hic latius Spec.

14 Licet iudex detulerit appellationi:tamen intromittit ſe de iuriſdictione:abſoluendo ab excommunicatione ꝛ cautionem nomine eccleſie recipiendo.extra de appel.c.qua fronte.

¶Qualiter impugnetur appellatio.

¶Et ſi ex p̃miſſis ſatis ſupereqꝫ appareat qualiter appellatio ĩ iudicio exhibita debeat impugnari:tamen vt huius rei tyrũculis res clarior fiat aliqua in genere hic adſcribere operepretiũ fore arbitramur quibus ſolẽt: appellationes impugnari:cetera autem ex predictis colligi poſſunt.

1 ☞Contra appellationis inſtrumentum in iudicio exhibitum: opponi poteſt omne illud:quod.ſ̃.docuimus de inſtr.edit.Et vide Spec.lib.ij.parte.ij.de inſtru.edit.§.poſtremo.

2 Apponere poteris ſi viſum fuerit:quod appellans nõ potuit appellare.Qui autem non poſſunt appellare:ſupra ſatis oſtẽſuꝫ eſt.

3 Quod non ſit talis cauſſa in qua poſſit appellari.In quibus autem cauſſis non poteſt appellari.vide.ſ̃.

4 Quod ſit appellatio fruſtratoria.ꝫ: vel qꝺ appellatio in reſcripto fuerit remota:vt ſupra.

5 Quod a tali ſit appellatum:a quo non poteſt appellari.A quib⁹ autem non poſſit appellari:dictum eſt.ſ̃.

6 Quod ſit appellatum ad eum:ad quem nõ debuit appellari:vel



quod ex reſcripti apoſtolici forma is qui aditus eſt:non poteſt de appellatione cognoſcere.

7 Quod non ſit appellatũ intra tempus competens.

8 Quod appellatio in forma nõ eſt legitima ꝛ que ſeruanda ſunt ſeruata in ea minime.

9 Quod appellans non fuerit ſententiam ſuam proſecutus intra legitimum tempus.

10 Quod eſt vltra bis appellatum.

11 Quod appellans mortuus ſit:ꝛ ideo in cauſſa ap.nõ poſſe procedi.C.ſi pend.ap.mors.l.v.

12 Quod non fuerit a iudice recepta:vel a parte approbata:nec recipi ac approbari debuerit.

13 Quod appellans ſue proprie appellationi non detulerit:nec de ea mentionem fecit:vt extra de reſcrip.c.ex parte.quod vide.

14 Quod nõ detulerit appellationi aduerſarij quare ſua non valet: nec ei deferendum eſt extra de elec.c.bone.circa prin.Uide.Et de appel.c.an ſit.

¶Uide tamen Spe.dicta iura limitantem:ſcilicet quod non ſemp verum ſit:quod ſi non detulerim appellationi tue contra me:ergo:non tenearis me deferre.

15 Quod appellans renuntiarit appellationi:procedendo poſtea coram eo:a quo appellauit:vel forte tranſegit extra de offi.deleg.c.gratum.C.de tempo.ap.l.fi.§.fi.ꝛ.ff.a quib.app.non licet.l.j.§.ſi quis.Uide latius Spe.

¶De apoſtolorum petitione.

Quoniam poſt appellationem interpoſitam de qua ſupra: iudex a quo appellatum eſt literas dare debet ad eum: qui de appellatione cognoſcit:quas quidem literas apoſtolos:ſiue literas dimiſſorias appellant.(ff.de lib.dimiſ.l.vnica.)ꝛ eos appellans cum inſtantia petere debet.

¶Igitur nunc ex ordine recte de apoſtolorum petitione ſequitur.

¶Ordo tractandorum.

1 ☞Quid ſint apoſtoli ꝛ vnde dicantur.

2 Quod apoſtolorum ſpecies.

3 Infra quod tempus peti debeant ab appellante.

4 Quid continere debeant.

¶Quid apoſtoli.

¶Apoſtoli ſunt litere teſtimoniales a iudice a quo:ad iudicem ad quẽ.i.qui cogniturus eſt de cauſſa appellationis date.Quorum ſenſus erit:appellaſſe puta Titium a ſententia illius que inter illos dicta eſt.Ideo a meo iudicio illuꝫ dimitto:ꝛ ad veſtrũ examẽ dirigo.ff.de libel.dimiſ.l.vnica.ꝛ de verb.ſig.l.dimiſſorie.

¶hinc ꝛ dimiſſorias etiam vocant.Dicte dimiſſorie:quod per eas cauſſa ad eum qui appellatus eſt:dimittitur.d.l.dimiſſorie.

¶Apoſtoli vero.i.nuntij.dicti ab.ἀποςέλλειν.i.mittere:qꝺ mit-

tantur ad iudicez ſecundum: quo de cauſſa appellationis inſtrui poſſit. Qui ſi appellationi detulit: dimiſſorij dicuntur apoſtoli. l. fi. C. de ap. ſi. non detulit: refutatorij.

¶ Omnes autem obſequij aduerſus ſuperiorem teſtimonium preſtant. Unde ⁊ ſi dubitet an deferendū ſit: tamen dari debent. c. j. de appel. Et ideo reuerentiales a quibuſdā appellātur: vt ex ſubſcriptis clarius patebit.

¶ Quatuor apoſtolorum ſpecies.

¶ Conuentiales: ⁊ ſunt quos pars admittit ſiue in iudicio iudice refutante: ſiue tacente: extra iudicium: capi. ſepe. ij. reſpon. ⁊ capi. oblate. de appellationibus.

¶ Teſtimoniales: quia teſtificantur de appellatione facta coram iudice.

¶ Dimiſſorij: per quos apparet: quod iudex appellationi detulit: ⁊ quod appellantem a ſua iuriſditione exemit: ⁊ cauſſam ad quaz appellatum eſt remittit.

¶ Reuerentiales: vt quando propter ſuperioris reuerentiaz appellationi defertur: vt in. l. eos. §. ſuper his. C. de appella.

¶ Refutatorij: per quos apparet: quod iudex non defert appellationi: ſcilicet quando eſt appellatio friuola ⁊ fruſtratoria. Talibus enim non eſt a iudice deferendum: nec ius defert. c. cum appellationibus. De appellatio. lib. vj.

¶ Uerum vt breuiter cognoſcas: preterea que ſupra de appellatiōe dicta ſunt: cui appellationi deferendum ſit ⁊ cui non: nota que ſequuntur.

¶ Quadruplex appellatio.

¶ Manifeſte fruſtratoria: vt quando appellatur in crimine notorio: ⁊ talis repellitur ⁊ a iure: ⁊ a iudice quocunq̧.

¶ Latenter fruſtratoria: vt cum in appellatione exprimitur rationabilis cauſſa: ſed que falſa eſt. Et talis repellitur a iure: ſed admittitur a iudice quouſq̧ conſtet de falſo.

¶ Manifeſte probabilis: vt cuz appellatur ex iuſta cauſſa in iure expreſſa: ⁊ manifeſte notoria vt lit. non conteſta. c. ij. ⁊ hec admittitur ⁊ a iure ⁊ a iudice: niſi data cum clauſula ſit: appellatione remota.

¶ Latenter probabilis: vt quando exprimitur iuſta cauſſa: ſed a iure non expreſſa. Et illa etiam non admittitur ⁊ a iure ⁊ a iudice.

¶ Intra quod tempus peti debeant apoſtoli.

¶ Petēdi ſunt apoſtoli intra triginta dies ab appellante: a die late ſententie. C. de appel. l. iudicibus. ⁊ in. c. ab eo. de appel. lib. vj.

¶ Sufficit autem petere apoſtolos inſtanter ⁊ ſepius intra illos triginta dies. Uel etiam poſſunt peti vno contextu ſepius ⁊ inſtanter. c. q̄uis. de appel. in cle.

¶ Et ſi iudex non det: proteſtetur hoc ipſum appellans: ⁊ non nocebit ei. C. de appel. l. eos. §. apoſtolos. ff. de libel. dimiſſ. l. j. in fi.

¶ Uerū qui apoſtolos nō petit appellationi renuntiare intelligitur. d. cle. quamuis. Idem ſi in termino quem ei iudex coraz accipiendorum cauſa ſtatuerit: non compareat.



¶ Succurri tamē in his caſibus ruſticitati quidam exiſtimauerūt. Nec enim omnes hanc iuris obſeruationem nouerunt. Sed tamen id incertum eſt.

¶ Continere autem debent quis appellet: a quo ad quē ſuper quo: ⁊ ex qua cauſſa. Formulas vide apud Spec.

## ¶ De in integrum reſtitutione.

Quoniam ſicut appellationis remedio ſuccurritur iudicū ſententijs grauato: ita ⁊ reſtitutionis in integrum beneficio.

¶ Ideo poſt appellationem tractatam: ⁊ de in integrum reſtitutione: quantum hic ſatis: tractandum videtur: idque hoc ordine.

¶ Ordo dicendorum.

1 ☞ Quid ſit in integrum reſtitutio.
2 Quis poſſit eam petere: ⁊ quando.
3 Qualiter in integrum reſtitutio petatur.
4 Intra quod tempus reſtitutio danda ſit.
5 Quis poſſit in integrum reſtituere.
6 Quis ſit eius effectus.

¶ Quid ſit in integrum reſtitutio.

¶ Eſt autē in integrū reſtitutio prioris ſtatus: vel iuris: vel audientie reintegratio: ex. de i integ. reſtituti. c. ex lr̄is. C. de ſentē paſſ. l. j.

¶ Quis poſſit in integrum reſtitui petere. ⁊ quando.

1 ☞ Minor reſtituitur ſuper omnibus: que in minori etate geſſit: ſi enormiter lapſus ſit: vel ſui facilitate: vel aduerſarij calliditate. ff. de mino. l. quod ſi minor. §. nō ſemper. ⁊. l. non omnia. ⁊. l. ait pretor. §. ſi. extra eo. c. conſtitutus.

2 Si omiſit inſtrumentum: vel allegationem: vel exceptionem: vel probationem ſibi neceſſariam. vide Spe. ⁊. c. auditis. extra eod. et. c. ſuſcitata. ⁊. c. coram. ⁊. ff. de mino. l. minor autem. §. ſi autem princeps.

3 Si omiſit aliquam exceptionem quam non ꝓpoſuit intra terminum ſibi ſtatutum. extra de exceptio. ca. paſtoralis.

4 Si detulit vel remiſit iuramentum. ff. de iureiur. l. nam poſtea. §. ſi minor.

5 Reſtituitur in poſitionibus. C. ſi aduerſ. tranſacti. l. j. ⁊ ſecunda.

6 Reſtituitur contra ſententiam in eum latā tutore ſeu curatore interueniente. C. ſi tutor vel cura. inter. l. ij. ⁊. C. ſi aduer. rē iud. l. j.

¶ Simile eſt in eccleſia prelato interueniente. xvj. q. v. c. ſi epiſcopū.

7 Contra acceptilationem a ſe factum: ⁊ contra electionem: cuz potuit melius eligere: ⁊ per licitationem rem ſuam melius vendere ⁊ lucrari. ff. de minori. l. ait pretor. §. ſi.

8 Si ſe negotijs immiſcuit alicuius. ff. eodem. l. quod ſi minor.

9 Subuenitur ⁊ fideiuſſoribus eius. Uide Spec.

10 Subuenitur propter preuaricationem aduocati.C. de aduocat. diuer.iudi.l.prima.

11 Si vſus eſt iure communi.C.de in integ.reſtit.mino.l.fina.

12 Si iurauit ſe non petiturum in integ.reſtitu.⁊ eſt pubes:quãuis ſit deceptus.C.ſi aduerſus vendi.l.ſacramenta.

13 Propter propria delicta.C.ſi aduer.delict.l.j.

14 Non ſubuenitur minori ex contractu paterno : etiam ſi mortuo patre tẽpus ſolutiõis incidat in tẽpus minoris.ff.eo.l.Aemilius.

15 Qui veniam impetrauit non reſtituitur ſuper his que poſtea facit.C.de his qui veniam etatis impetrauer.l.prima.

16 Non datur reſtitutio filijs contra patrẽ:propter reuerẽtiã.Idem in libertis.C.qui ⁊ aduerſ.quos in integ.reſti. nõ poſt.l.ij.in fin.

17 Super eodem non datur bis reſtitutio:niſi noua defenſio pretendatur.C.ſi ſepe in integ.reſti.poſtu.l.finali.

18 Si ſemel eſt denegata:nec ſit appellatum:non datur niſi ad appellendum.C.ſi ſepe in integ.reſti.poſtu.l.j.vide Specula.

19 Denegatur reſtitutio propter mendacium : ſi cum contraheret: maiorem ſe dixit.C.ſi minor ſe maiorem dixe.l.j.ij.⁊.iij.

20 Fauore libertatis non reſtituitur minor aduerſus ſeruum manumiſſum : licet dolo manumiſſi : ſed manumiſſus propter dolũ tenetur.C.ſi aduer.liber.l.ij.

¶ Sed in omnibus ſupradictis vide diligenter Speculatorem.

¶ Priuilegiatus contra priuilegiatum reſtituitur. Quare ſi procurator fiſci rem minoris diſtraxit minori pretio quã valet : minor reſtituitur.C.ſi aduer.fiſ.l.j.Et ſic priuilegiato ſeruit priuilegiũ contra aliud priuilegium.ff.eo.l.verum.§.fina.vide Specu.

¶ Eccleſia etiam iure minoris ſemper illeſa ſeruatur: extrauag.eo.c.j.Ideoque ipſa ſicut minor reſtituitur in omnibus cõtractibus: ⁊ negocijs / iudicijs / ⁊ ſententijs / in quibus enormiter leditur: extra eo.capit.j.⁊ cap.auditis.⁊ cap. cum ex literis.⁊.c. coram.

¶ Reſpublica ⁊ ipſa iure minorum vtitur : ⁊ inſtar eorum debet reſtitui.C.lib.xj. de curato. reipub.l. rempublicam. Uide hic fuſius Speculatorem.

¶ Prelatus noĩe eccleſie ſicut ⁊ defenſor ciuitatis nomine vniuerſitatis poteſt ſine ſpeciali mandato reſtitutionem petere: arg.ff. de offic. eius qui vicem alte.iud.obt.l.j. Iſti enim fungũtur vice tutorum vel curator.arg.C.de epi.⁊ cle.l. orphanotrophos.

¶ Maior.xxv.an.ſi leſus eſt iudicio:vel extra dolo:metu aduerſarij ſui reſtituetur per actionẽ vel quod metus cauſſa : iudicis officio. C.de dolo malo.⁊.C.quod metus cauſſa.per totum.

¶ Simile:ſi ledatur cũ ex cauſſa neceſſaria eſt abſens vel probabili: puta cauſſa reipublice:vel ſtudij / vel peregrinatiõis/ legationis ſue ciuitatis/vel proſequẽde ſue appellationis:vel teſtimonij ferendi:vel in vinculis detinetur: vel venire non poteſt. reſtituitur enim in eo in quo leſus eſt in abſentia.ff.ex quib.cauſ.maio.l.ſuccurritur.⁊.l.in eadem cauſſa.ff.de indi.l.ij.§.legatis.

¶ Uerum circa ſententiam contra maiorem abſentem latam diſtingue vt ſupra.



¶ Si ex probabili ⁊ neceſſaria cauſſa abeſt. ⁊ quidem ſi fuit legitime defenſus reſtituitur ad appellandum tantum. Si vero non fuerit legitime defenſus vel nullo modo: reſtituitur ad totã cauſſam ex integro agendam.ff. de in integ. reſt.l.fi. ⁊ ex quib. cau. maio.l.prima.⁊.l.ab hoſtibus.

¶ Si ex probabili tantum: ⁊ ſi fuerit legitime defenſus: in nullo reſtituitur : ſi minus legitime vel nullo modo poteſt appellare ſine cõmuni iure.ff.ex quibus cauſ.ma.l.necnon.C.quomodo ⁊ quãdo iud.l.ab eo.ff.quando ap.ſit.l.j.§.j.

¶ Si ex neceſſaria tantum: ⁊ idem ius obſeruatur quod eſt in probabili tantum.ff.ex quib.cau.l. ſed ⁊ ſi.paragra.fi.⁊.ff. de mino. lege papinianus.

¶ Et intellige hos duos caſus : quando non potuit procuratorem relinquere: vel ſi quem reliquit: mortuus eſt.

¶ Si autem potuit procuratorem relinquere : ⁊ non fecit: ſecus eſt vt in .d.l.papinianus.

¶ Si ex voluntaria tantum : in nullis reſtituitur.ff. de re iudica.l. de vnoquoque.

¶ Si ex contumacia abſit:ſi quidem ficta:auditur appellans:ſi vere: minime auditur:vt.ſ.dictum eſt de contumacia.

¶ Reſtitutionum alia eſt ex

¶ Miſericordia ſola: quã ratione peracte penitentie miſericorditer petit ſuſpẽſus vel dãnatus ab eo qui ſuſpendit vel dãnauit : vel eius ſuperiore. quinquageſima diſt.c.cõtumaces.⁊.c. ponderet. extrauagan.de iudi.cap.at ſi clerici.§.de adulterijs.

¶ Alia ex

¶ Debita iuſtitia:qua dantur illa:que minori.xxv.an. vel etiã maiori ex iuſta vel probabili cauſſa abſenti:vel eccleſie:vel reipub.leſis concedũtur aduerſus contractus vel quaſi:⁊ aduerſus ſentẽtias vel iudiciorum proceſſus: ⁊ aduerſus delictum vel quaſi: in quo ſoli minori quandoque ſubuenitur.

¶ Quando reſtitutio petenda.

¶ In omnibus ſupradictis tum demum danda eſt reſtitutio : cum probata eſt leſio:extra eodem.c. cum veniſſent.§. nos igitur.vel noua defenſio : vt extra eodem.cap.fi. vide Speculatorem.

¶ Preterea ſciendum quod quando reſtitutio in integrum petitur incidenter:non eſt libellus neceſſarius:ſi vero principaliter petatur:opus eſt libello:⁊ litis conteſt. ⁊ ſentẽtia: extra de offic.indi. cap.ſecundo . Uide Speculatorem.

¶ Qualiter in integrum reſtitutio petatur.

¶ Regulare eſt:quod leſus ipſe vel procurator:habens ad hoc ſpeciale mandatum petere poteſt reſtitutionem . Non enim ſufficit ſpeciale mandatum in procuratore.

¶ Et petere debet apud ſuum iudicẽ:preſente eo contra quem petitur: vel per contumaciã abſente.ff.de mino.l.in cauſſe.§. cauſſa. ⁊.l.etiam.§.fi.extra de in integ.reſti.c.cum ex literis. in fi.

¶Et cum petitur danda eſt dilatio modo petatur.C.de dilatio.l.fi. extra de dilatio.per totum. Uide dicta apud Speculato.

¶Intra quod tempus reſtitutio petenda ſit.

¶Minor.xxv.an.poteſt petere reſtitutionem toto tempore minoris etatis: et etiam poſt annos.xxv.intra annum vtilem ſecundum antiqua iura. Sed vſq; ad quadriẽnium a prima die.xxvj.anni continue numerãdo vſq; ad finem.xxix.an.C.de tempo.in integ. reſti.l.fina.Uide Speculatorem.

¶Eccleſia ſecundum aliquos ſine temporis prefinitione petere poteſt. Sed ſi hoc verum eſſet: tolleretur preſcriptio contra eccleſiam:vt nulla curreret. Uide hic Speculatorem.

¶Maior.xxv.an.vel eſt leſus in ſua preſentia: ⁊ eſt iuſta de cauſſa reſtituendus.Computabitur quadriennium a die leſionis.

¶Uel eſt leſus in ſua abſentia:⁊ computabitur ei tempus a die reuerſionis.Uide Speculatorem.

¶Quis poſſit in integrum reſtituere.

¶Regulariter omnis iudex tam ordinariꝰ quã delegatus ſiue ſit delegatꝰ a principe: ſiue ab alio ordinario adminiſtrationẽ habente:ſiue petatur principaliter:ſiue incidẽter: reſtituere poteſt.

¶Delegatus vero ab eo:qui non habet propriã iuriſdictionem: nõ poteſt neque cognoſcere neq; reſtituere: nec etiam arbiter compromiſſarius: niſi incidenter eſſe. vide Speculatorem.

¶De effectu reſtitutionis in integrum.

¶Poſtulata: ⁊ obtẽta in integrũ reſtitutione: oĩa ſunt in eo ſtatu: in quo erant priuſquam poſtularetur: ſeu cum poſtulari cepit.

¶Nec enim res ſuper qua poſtulatur:alienari debet:nec ſententia executioni mandari:nec aliquid fieri in preiudicium poſtulãtis: donec reſtitutio fuerit expedita.C.in integrum reſtitu.poſtu.ne quid no.fi.l.vnica. Uide Speculatorem.

¶De ſupplicatione.

Quia propter appellationem ⁊ in integrum reſtitutio, de quibus iam dictum eſt. ⁊ aliud eſt remedium quo ſententia etiam valida ſubleuatur ⁊ annullatur:nẽpe ſupplicationis beneficium.
Ideo de eo nunc recto ordine tractandum videtur.

¶Ordo dicendorum.

1 ☞Quid ſit ſupplicatio.
2 A quibus ſupplicari poſſit.
3 Quando ⁊ ex quibus cauſſis.
4 Que ſit differentia inter ſupplicationem ⁊ appellationem.
5 Quis effectus ſupplicationis.

¶Quid ſupplicatio.

¶Supplicatio eſt benignitatiſ quedã ipſius ſuperioris imploratio.

¶A quibus ſupplicari poſſit.

¶Explorati iuris eſt:ab imperatoris:vel ſummi pontificis vel prefecti pretoris ſentẽtia poſſe ſupplicari.C.de ſenten. prefect.preto.



l.vnica.ff.de mino.l.prefecti.extra de in integ.reſti.c.ex literis. ⁊ c.ſequen.⁊ de re iudi.c.cum cauſſa.a quibus appellare non licet.vt ſupra oſtendimus.

¶Nec mirũ:qđ ab illis ſupplicaẛ:a quibꝰ appellari nõ põt:qꝛ ſupplicatio nihil aliud eſt.quã venie ꝓprij erroris petitio:vel ipſius ſuꝑioris begnitatis imploratio:vt.ſ.dictũ:vel allegatio aduerſarij circumuentionis.d.l.prefecti.ff.de mino.Uide Speculato.

¶Et ſolus princeps vel eius delegatus vel prefectus debet cauſſã ſupplicationis examinare ⁊ diffinire.

¶Quando ſupplicari liceat.

¶Regulariter intra decem dies a ſententie promulgate tempore: a prefecto pretorio ſupplicatur.Quod ſi factum non fuerit:poteſt intra biennium ipſi principi ſupplicari.Quod biennium computatur:ex quo imperator ſucceſſit in cognitione prefecti.C.de ſenten.prefe.preto.l.vnica.

¶Sed quod dictum eſt a ſenten.prefecti pretorij ſupplicari poſſe verum eſt:cum in cauſſa principali pronuntiauit:ſecus ſi in cauſſa appellationis.C.de preci.imp.off.l.ſi quis.

¶Ex quibus cauſſis.

¶Male ordinationis:vt pote ſi quis male ⁊ inique ⁊ cõtra ius ordinatus eſt:vt.j.q.vj.c.preſentiũ.in authẽ.qũo opor.epiſ.§.j.col.j.

¶Uenie ⁊ remiſſionis criminis pene que pro crimine infligende.C. de precib.impera.offe.l.reſcripta.

¶Dilatorie exceptionis impetrande:nõ aũt peremptorie.C.de precib.imper.offe.l.quoties.extra de dolo ⁊ contu.c.j.

¶A ſententia ſemel.tantum ſupplicatur.Et ſi ſemel denegetur:poſtea non conceditur.C.de precibus impe.offe.l.ſi quis.in authẽ. vt nul.iudi.§.Et hoc vero iubemus.

¶Preſidis officio durãte:ſubditi eius ſupplicare poſſunt imperatori vt rapinam vel aliud crimen puniat.In authen.vt iudi.ſine quoq.ſuffra.§.ſi quis autem.

¶Et generuliter hec ſupplicatio continere debet:quod petenti proſit:⁊ alijs non obſit.d.l.reſcripta.C.de precibus imperato.offe.

¶Que ſit differentia inter ſupplicationem ⁊ appellationem.

¶Quod appellatur intra decem dies:ſupplicatur vſq; ad bienniũ.

¶Quod ſeruus poteſt pro domino ſupplicare:non autem appellare.ff.de appellati.l.ſerui.C.de precibus imper.offe.l.prima.

¶Omnes liberi poſſunt ſupplicare ⁊ pro ſe ⁊ pro alijs ſerui vero nõ niſi pro ſe ⁊ domino.d.l.j.

¶Pendente appellatione nihil eſt innouãdum:vt ſupradictũ eſt. Sed ſupplicatione pendente mandatur executioni ſententia:ſi tamen victor ſatis dederit de reſtituendo omnia:ſi ſententia fuerit iuſte reſoluta.C.de precib.imperato.offe.auẛ.q̃ ſupplicatio.

¶Ante ſententiã non licet ſimpliciter ſupplicare.C.vt lit.penden. l.ij.Sed appellare licet:quandocunq; grauamen offertur:extra de appel.c.vt debitus.

¶Supplicatio protenditur ad noua ꝛ vetera:appellatio autem ſolum ad ea ſuper quibus interponitur.ff.de mino.l.prefecti.extra de in integr.reſtitu.c.ſuſcitata.ꝛ.c.ex literis.

¶Semel tm̄ ſupplicatur:ſꝫ bis poteſt appellari:vt ſupra dictū eſt.

¶In appellatione nulla cautio preſtatur:ſed in ſupplicatione quādoqꝫ:vt ſupra.

¶Solus princeps vel prefectus pretorio:vt ſupra concedere poteſt ſupplicationem.Sed appellationem quicunqꝫ Iudex.

¶Quis ſit effectus ſupplicationis.

¶Effectus ſupplicationis is eſt:quod ſi princeps reſcribat ad ſupplicationem:obtinet:vicem litis conteſtationis:quātum ad hoc vt perpetuetur ad.xxx.annos.ꝛ ſecundum quoſdam ad.xl.C.de anna.excep.leg.j.ꝛ tranſeat ad heredes.C.quando libel.princ.da.lit.conteſt.fa.l.j.ff.de actio.ꝛ oblig.l.conſtitutionibus.

## ¶De expenſis.

Quoniam in ſententijs ſolet fieri condēnatio expenſarū igitur de his hoc ordine dicemus nempe primo de expēſis extra iudicium:ꝛ deinde de expenſis in iudicio.

¶Neceſſarie ſunt:que ſi facte nō eſſent:res eſſet omnino peritura:ꝛ deterior futura.

¶Utiles:ꝛ rem faciunt meliorem:ꝛ deteriorem eſſe non ſinunt.

¶Volūtarie que rē exornāt:vt ſunt pictura:incruſtatiōes:ſiue emblemata:vel vermiculata:ſiue muſtata:vel ſegmētata:teſſelata.

¶De his omnibus vide extra de decimis.c.paſtoralis.ꝛ.ff.de verb.ſig.l.impenſe.quam vide:ꝛ.ff.de impenſ.l.in rebus.dot.fact.l.j.ij.ꝛ.iij.ꝛ.l.veluti.ꝛ.l.voluntarie.ꝛ.l.vtilium.ꝛ.l.pro voluntarijs.et.l.impenſe.

¶Volunt autem quidam dare differentiam inter expenſas ꝛ impēſas.Illas enim dicunt ſumptus voluntarios ꝛ non neceſſarios dictas quaſi extra penſa ꝛ debitum.Has autem vtiles ꝛ neceſſarios ſumptus ab impendo dictas.

¶Sed hec differētia ſepe cōfundit:vt in.l.Julian⁹.ff.de mino.in fi.vbi expenſe pro impenſis ꝛ cōtra.ff.de ver.ſig.l.impenſe.Uide.

¶Expenſarum alie ſunt circa fructus.

¶Percipiendos:vt que fiunt in arando ꝛ ſeminando:

¶Colligendos vt que fiunt in metendo ꝛ triturando.

¶Conſeruādos:vt que fiunt in horreis parādis.ff.de impē.in reb.do.fact.l.iij.Expenſe igitur q̄ fiunt ratione fructuū:quocūqꝫ triū p̄dictorū modorū deducunt:a quolibet poſſeſſore ſiue poſſideat bonafide ſiue mala.extra de eo qui mit.in poſ.cau.rei ſeruan.c.pe.in fi.ff.de peti.here.l.ſi a dn̄o vel patre.§.fi.Uide ꝛ.l.plane.in fi.C.de fruct.ꝛ lit.expen.l.j.Nec vllus caſus interuenire poteſt (vt dicit Spec.)qui hoc genus deductionis impedire poſſit.ff.familie erciſ.l.fundus qui.Reſpon.j.in fine.et.ff.ſolu.matri.l.fructus.Quia nō cenſetur fructus niſi quod ſupereſt deductis expē-





ſis.d.l.fructus.C.de fruct.ꝛ lit.expenſ.ff.mandati.l.Idemqꝫ.§.idem labeo.Inſuper etiam ſi excedant fructus:adhuc dicit Specu.in bone fidei poſſeſſione horum rationem habendā:ſecus in malefidei poſ.ff.de peti.here.l.quod ſi ſumptus.

¶Alie circa rem principalem.

¶Et fiūt vel de nouo faciēdo.Et iterū diſtingue:quia de nouo edificans aut eſt poſſeſſor bone fidei:ꝛ durauit ſemper bona fides.Quo caſu ſi poſſedit rē:cōſulitur ei de ſumptibus per doli exceptionez vtendo retētione:nō auxilio actiōis.ff.de doli excepti.l.paulus.Quod verū eſt vbi fruct⁹ percepti equātur expēſis:in re factis:quo caſu fructus computantur cum ſumptibus.ff.de rei vendi.l.ſumptus.ꝛ extra de rebus eccle.non alie.c.ad noſtram.in fine.

¶Aut malefidei:et ſemper durauit mala fides:quo caſu de nouo edificādo in area aliena nō ſubuenitur ſup ſumptibus:nec iure actionis:nec officio iudicis:nec ope exceptionis:quia edificando donare videtur.Inſtit.de re.diui.§.cum in ſuo ſolo.Et ibi vide bonam glo.in verbo edificauerat.

¶Uel de reficiēdo.Et rurſum diſtingue:nā reficiēs aut eſt poſſeſſor bone quidē fidei.Sed nō durauit bona fides:et eligitur via media:vt pro ſumptibus factis dum erat bone fidei:habeat retentionez.Ex quo vero male fidei factus eſt:concedit abraſio abſqꝫ leſione prioris ſtatus.C.de rei vendicatione.l.domum.

¶Aut bone fidei:ꝛ tunc impēſas neceſſarias ꝛ vtiles ſibi reſeruat:pro doli exceptione vtendo retentione.Uoluntarias vero non poteſt abradere ſeu tollere ꝛ exportare ſine leſione prioris ſtat⁹.ff.de rei vēdi.l.ſi autē.§.in re.C.eo.l.ſi quis.ꝛ.l.ſi in area.Inſti.de rerum di.§.certe.ꝛ ibi vide glo.Uerum ſi dominus rei refundere eſtimationez velit non haberet abraſio locum.ff.de rei vendicatione.l.in fundo.ꝛ.l.niſi.ff.de pignoratitia actione.l.ſciu⁹.ff.de expen.in rebus dotalibus fact.l.ſi pro voluntarijs.ꝛ leg.ſequenti.

¶Aut male fidei.Et ſi quidē fecit vtiles:permittitur abradere ſine leſione prioris ſtatus:niſi dn̄s abradendarum eſtimationē refundere velit:vt.ſ.Et ſi neceſſarias ſibi reſeruantur officio iudicis per retentionem.Uoluntarias vero nullo modo conſequi pōt ꝛ pro eis nullū habet auxiliū in predic.l.domū.C.de rei vendicatione.Et hec vera ſunt in rei vendicatione.In petitiōe vero heredi.ſi eſt bone fidei poſſeſſor:ſeruat omnes impenſas:ſiue ſint neceſſarie ſiue vtiles:ſiue voluntarie.ff.de peti.hered.l.plane.ꝛ l.ſed ꝛ ſi lege.§.cōſuluit.Quia nō tenet niſi in eo in quo fact⁹ eſt locupletior.d.§.conſuluit.Si vero male fidei poſſeſſor:vtiles et neceſſarias ſeruat re exiſtēte ſeu meliore facta:in qua facte ſunt et hoc iudicis officio.Uoluntarias quoqꝫ per abraſionem.d.§.plane.Et habent predicta locum in expenſis proprio nomine factis.Si vero alieno:locum habet actio nego.geſt.Uide Specu.

¶Notatio.

¶Nota qđ expenſe q̃ fiunt extra iudiciū: de quib⁹ hactenus peti debent nominatim in libello ſecundū iam declarata: niſi is q̃ eas fecit beneficio retētionis ſibi valeat prouidere. ff. cōmo. l. in reb⁹. §. poſſunt. ff. de pigno. act. l. ſi neceſſarias. Uide latius Specula.

## ¶De expenſis iudiciarijs.

Sequitur nunc de expenſis in iudicio: in quibus explicandis hunc ordinem ſeruabimus.

¶Ordo dicendorum.

1 ☞ De expenſis: que fiunt ante lit. conteſt.
2 De expenſis: que fiunt poſt lit. conteſt.
3 De expenſis que fiunt in cau. appella.
4 Qualiter ⁊ quando ſit expenſarum condemnatio facienda.

¶De expenſis que fiunt ante lit. conteſt. duplex opinio.

¶Prior qđ peti poſſint iudicis officio. Nā expēſe ſunt ſequela principalis actionis. Quare ſicut iudex ex officio ſuo pronūtiat in cōſequentijs ipſi⁹ cauſſe eodez modo ⁊ in expenſis: arg. ff. de re iud. l. paulus. extra de offi. delega. c. prudentiam. in fin. Nā ſicut officium iudicis deſeruit ante lit. conteſt. in citationibus ⁊ interrogationib⁹: ita ⁊ in expenſis: extra de offi. iud. c. ij. Preterea iudex citatū añ lit. cōte. ſi nō comparuerit punire dꝫ officio ſuo. ff. ſi qs in ius vo. non. l. ij. §. j. pari quoqꝫ ratione puniet in expenſis. nam nō prius pādi ei debet iudiciorū aditus: quā expenſe fuerint reſarcite. C. de iudi. l. ſancimus. que tamē loquitur indiſtincte ante ⁊ poſt lit. conteſt. Ueruꝫ Speculator certis rationibus motus dicit quod ſolum ob contumaciam euidentem poſſint ante litem conteſt. expenſe peti. ⁊ alias non ⁊ probatur. c. ceterum. extra de reſcrip. ⁊. c. auditis. ⁊. c. conſtitutis. extra de procu. vide In quibus condemnatur abſens ante lit. conteſt. in expenſis: ⁊ de dolo ⁊ contu. c. cum dilecti. in fi.

¶Altera indiſtincte: quod iure actionis petende ſint in libello nominatim. arg. de iudi. l. non poteſt videri. ſed vide latius Specu. Hoc tantum interim certum eſt: quod expenſe que fiunt propter contumaciam partis ante lit. conteſt. vel poſt vſqꝫ ad ſententiaꝫ indiſtincte preſtantur: qualēcunqꝫ cauſſam habuerit is cui preſtantur. extra de dolo ⁊ contu. c. cum dilecti. ⁊. c. ſeq. Uide Speculatorem ⁊ iura per eum allegata.

¶Caſus in quibus ante litis conteſtationem ſit condemnatio in expenſis.

1 ☞ Si quis aduerſariuꝫ malitioſe laborare cogit: p̱ literas dolo vel fraude contra alium impetratas extra de reſcriptis. capitulo quia non nulli.

2 Cum paſſus miſſionē vult reꝫ recuperare ⁊ in cauſſa procedere. Debet enim prius ſatiſdare de expenſis extra vt lite non conteſtata. capi. quoniam. §. in alijs. ⁊ de ſequeſt. c. j.

¶Opponens crimen ⁊ non probans: ca. accedens. extra de accuſ.



4 Is qui in forma electionis vel poſtulationis vel prouiſionis aliquid opponit: ⁊ non probat: extra de electione. c. Statuimus. §. adijcimus. lib. vj. Sed hoc etiam poſt lit. conteſt.

5 Si appellans appellationem non ſufficienter proſequatur appellato proſequente: extra de reſcri. c. ex parte. de renun. c. veniens. de appel. c. reprehēſibilis. ⁊ tenetur tūc ad expēſas a tēpore appellationis factas. Uide Specula.

6 Si is qui iniuſte appellauit: remittitur condemnatus in expēſis ad priorem iudicē: extra de appel. c. vt debitus in fine. ⁊ de eo qui mit. in poſſeſ. cau. rei ſer. c. cum veniſſent.

7 Is qui appellat contra formam illius conſtitutionis. capi. cordi. de appel. libro. vj. vel facit in aliquo contra eam: remittitur ad primum iudicem en expenſis condemnandus. d. capitu. cordi. §. quod ſi ope.

8 Si appellans petat remitti ad eum a quo appellauit: quod poteſt: extra de appel. c. interpoſita. §. ille.

9 In certis caſibus poſitis: extra de reſcrip. c. fin. in quibus inique impetrans punitur. Uide Specula.

10 Condemnatur in expenſis citatus contumaciter abſens: ⁊ ſi non ſit miſſio in poſſeſ. ſecuta extra de maio. ⁊ ob. cap. fin. ⁊ de procu. capitu. querelam. C. de iudic. l. ſancimus. de dolo ⁊ contu. capitu. cum dilecti.

11 Reuocans mandatum procuratoris in contēptum iudicis: ⁊ partis preiudicium: extra. de procurato. c. auditis.

12 Reus exceptionē gratia differende litis: fundata intentiōe actoris opponens punitur in expenſis factis a tēpore propoſite exceptiōis: ſi deficiat in probādo extra de dol. ⁊ contu. c. finem.

13 Reus recedēs a iudicio dimiſſo procuratore: ſolummodo ad agēdum contumax eſt: ⁊ punitur in expenſis: ex. de procura. capitu. conſtitutis. Uide.

14 Reus conuentus aſſerens ſe ſpoliatum: niſi id intra. xv. dies probet: ext. de reſt. ſpo. c. frequens. lib. vj.

15 Opponens exceptionem excommunicationis: in quacunqꝫ parte litis ⁊ eam intra ſpacium ſeptem dierum non probans punitur: ex. de exceptio. c. lib. vj.

16 Iudex excommunicans contra formam illius conſtitutionis Medicinalis extra. de ſenten. excommuni. lib. vj. punitur in expēſis. Ut ibi in. §. Superior Uide.

17 Iudex iniuſte excommunicans tenetur excommunicato ad intereſſe. c. Sacro approbante. de ſen. excōi.

18 Reum trahens coram diuerſis iudicibus ſuper pluribus actionibus perſonalib. punitur. c. ſi. ex. de reſti.

19 Actor non veniens ad terminum ad quem fecit citari reum. punitur in expenſis: ex. de dol. ⁊ contu. c. actor. libro. vj. quod vide: eſt enim notabile.

20 Quicunqꝫ alium in iudicium temere vocat: punitur in expenſis. ff. de iud. l. eum quem temere.

21 Qui cepto negotio vel quaſi: reſcriptum impetrat: per quod primum non reuocatur ex. de dol. ⁊ con. c. ex literis.

22 Plus petens re vel cauſſa extr. de plus petit. c. vnico.

23 Qui litem intra duos menſes non conteſtatur: ſecundum Spe. Sed iuribus non probat.

24 Ubicunqꝫ proceſſus iudicis malitioſe impeditur. C. de iudicijs.

25 Pars procurans iudicis abſentiam: ex. de offic. delega. c. paſtoralis. §. fina.

26 Ubicunqꝫ litere per exceptionem legitimam reprobantur: ex. de reſcrip. c. ceterum.

27 Appellās: ꝙ quarta teſtium productio denegetur: ⁊ non probās: ext. de teſt. c. Significauerunt.

28 Quancunqꝫ exceptionem dilatoriam proponens: ⁊ non probans: ex. de exceptio. c. exceptionem.

29 Quicunqꝫ alium malitioſe fatigans: extra de reſcript. c. diſpendia. §. qui vero. lib. vj.

30 Emendans libellum male conceptum: tenetur parti in expenſis: arg. l. vbi. §. is autē. ff. de eden. ⁊ l. eum quē. ff. de iud. Uide Spe. lib. iiij. parte. j. de libel. cōcep. §. nunc oſtendamus.

¶ His igitur ⁊ ſimilibus caſibus in iure expreſſis: cōdemnatur quis ante lit. conteſt. ⁊ etiā poſt: ante tamen ſententiā in expēſis. Uide latius Spe. li. ij. par. iiij. ti. de expēſis: que fiunt ante lit. cōteſt.

¶ De expenſis que fiunt poſt lit. conteſt.

¶ Expenſe orte poſt litis conteſt. iudicis officio petuntur.

¶ Et eſt ratio: quia poſt lit. cōteſt. accidunt: plerunqꝫ ⁊ maxime ſpectant ad iudicis officium. ff. de edil. edict. leg. ediles. §. Item ſciendum. verſi. Iudici enim.

¶ Uide hic latius Speculatorem qui ⁊ hic dicit ſe audere cōſulere: quod quando aliquis petit ſententiam: vt de expenſis proteſtetur ⁊ eas petat.

¶ Uerum in fine litis victus victori regulariter in expenſis condemnari debet. C. de iud. l. properandū. §. ſinautem. Inſt. de pe. teme. liti. in prin. ex. de pe. c. calumniā. C. de epiſcopis ⁊ cle. authē. Generaliter ⁊ in auth. de iud. ⁊ vt nullatenus. §. oportet. col. vj.

¶ Quod autem dictum eſt: regulariter victum per ſententiam diffinitiuam deberi victori in expenſis condemnari: verum eſt: niſi in caſibus: qui ſequūtur ⁊ alijs: quos vide apud Spe.

¶ Caſus: in quibus victo ⁊ victori non condemnatur.

1 ☞ Si ſententia pro abſente feratur. C. de iud. l. properandum. §. ſi quid ver. Sinautem ex geſtis.

2 Si iuſta cauſſa victum excuſet: puta quod habuerit probabilem cauſſam litigandi arg. ex. de eo qui mit. in poſ. cau. rei ſer. c. cum veniſſent. In auth. De iud. §. oportet. col. vj.

3 Si reus habuit legitimam cauſſam abſente. d. l. Properandum. §. Sinautem alterutra. in fin. vide Spec.

¶ De expenſis in cauſſis appellationis factis.



¶ Appellans in cauſſa appellationis ſuccumbens ſine diſtinctiōe: Iuſtam ne habuerit an iniuſtam appellandi cauſſam: ſiue appellatione ante ſententiā: ſiue poſt: ſemper condemnabitur in expēſis factis in cauſſa appellationis. ij. queſti. vj. c. omnino. extra. de appel. c. vt debitus. circa fin. ⁊ c. reprehenſibilis. ⁊ c. ſepe. C. de appel. leg. eos. §. ne temere.

¶ Intellige tamen veram regulam illam: Uictus victori ⁊ c. nō ſemper in cauſſa appellatiōis. Quandoquidē ſi iudex videat victū errore probabili ductum: non debet eum facile condemnare: ſed illum errorē in ſua ſentētia declarare. C. de iud. auth. Poſt iuſiurandū. Nam cum ⁊ in cauſſa appellationis de calumnia iuretur ex. de teſt. c. Raynaldus ⁊ c. Raynutius: nō eſt preſumptio quod calumnietur contra ſalutem propriam.

¶ Preterea non ſolum victus in cauſſa appellatiōis: debet condemnari in expenſis verum etiam appellans: qui nunquā comparuit coram iudice appellationis: debet cōdemnari in ſumptibus. ext. de appel. c. Sepe. verſ. vnde licet. ex. de reſcr. c. ex parte: in fi. etiā ſi appellatus non comparuit. Sed alias ad expenſas appel. tenetur appellans non cōparens actione de dol. ſi doloſe appellauit: vel actione in factum: ſi temere appellauit. Uide fuſius Spe.

¶ Quando ⁊ qualiter expenſarum condemnatio ſit facienda.

¶ Expenſarum condemnationē precedere debet iudicialis taxatio: ⁊ poſtea iuramenti interpoſitio a parte victrice. Ut ſi victor dicat ad inquiſitionē iudicis ſe expēdiſſe. xxx. ⁊ c. videtur veriſimiliter ſolū. xv. expēdiſſe. Taxabit ergo. xv. Illo vero reclamante plus ſe expendiſſe: iubeat iudex interponi iuramentū: ⁊ iuxta ſacramētum partis victricis tunc taxabit. ff. de in litem iuran. l. in actio. quam vide: ⁊ C. de iudi. authē. poſt iuſiurandū. ⁊ in authē. de iudi. §. oportet. col. vj. extra. de procu. c. conſtitutis.

¶ Quod aūt iudicis taxatio precedere debeat: proba. extra de reſtitu. ſpo. c. j. ſed ſi. lib. vj. ⁊ c. j. extra de exce. lib. vj. in quibꝰ dicitur taxatione prohibita. Et generaliter expenſe: que fiunt in iudicio: ⁊ que iudis officio veniunt. Item que veniunt extra iudicium: ⁊ veniunt iure actionis taxarum: debent iudicis officio. l. ſancimus. C. de iudic.

¶ Uerum inſpecta negotij qualitate ⁊ perſonarū conditione: iudex ſumptus taxabit. extra quod me. cau. c. fi. Uide Spe.

¶ Et propter iura preallegata plerīqꝫ taxant expenſas. ⁊ ſuper eis iuſiurandum recipiunt antequam ſententiam in cauſſa principali proferant.

¶ Alij vero ſententiā: ſuper principali prius proferunt: ⁊ in fine ſententie dicunt. Et cum in expenſis legitimis condemnamus: earū taxatione nobis in poſterū reſeruata: ⁊ poſtea taxant: quam conſuetudinem credo frequentiorem.

¶ Preterea debent eſſe expenſe iudiciales: vtiles ⁊ moderate: extra. de dolo ⁊ contu. c. finem. ⁊ c. cum dilecti. in fin. Et debent inſuper

eſſe expenſe que propter cauſſam ſunt facte Sed hec. Speculatorem fuſius tradit: quem vide.

¶ Quatuor ganera expenſarum.

1 ☞ Que fiunt in alendis teſtibus: ⁊ hec fiunt a producente eos: ſiue in ciuili ſiue in criminali cauſſa. C. de teſt. l. quoniam.

2 Que fiunt in aduocatis ⁊ notarijs: ⁊ hec fiunt a parte petente aduocatū vel faciente aliquid in publicam formā redigi. C. de iud. l. ſancimus. ff. de varis ⁊ extraordi. cog. l. j. §. in honorarijs.

3 Que dantur iudici. vt in authen. de iud. ne autem. col. vj.

4 Que dantur executoribus ⁊ vocātur proprie ſportule. C. de ſpor. l. ij. Uide Speculatorem.

## ¶ De fructuum reſtitutione.

Quia preter expenſas plerumq; ⁊ fructus rei petite: ⁊ intereſſe petūtur. Ideo de horū reſtitutiōe nunc tractabimus: idq; primo de fuctibus: ⁊ deinde de intereſſe (vt vocant).

¶ Fructus qui dicantur.

¶ Fructus dicuntur qui ſuper ſunt deductis expenſis factis gratia fructuum querendorum: colligendorum: ⁊ conſeruandoruz tam in bone fidei quaz malefideipoſſeſſoribus: etiaz in predonibus. ff. de peti. here. l. ſi a domino. §. fruct⁹. C. de fruct. ⁊ lit. expē. l. j.

¶ Fructus naturales.

¶ Sunt: vt poma/ficus/ceraſa. Et dicūtur naturales: quod ab ipſa natura proueniant ſine magna induſtria hominis. Et hos null⁹ poſſeſſor etiam bonefidei ſuos facit. l. fructus. ff. de vſuca. Sed tamen diſtinguendum cenſeo: vt ſequitur.

¶ Uel eniz extant: ⁊ tunc per rei vendi. petuntur: ſicut res ipſa: quia nullus etiam bonefidei poſſeſſor eos ſuos facit: vt iam dictum.

¶ Uel non extant: ⁊ tunc non tenetur: cum nec habeat: nec dolo fecit quominus haberet: ſed condictione ſine cauſſa eſtimatio debetur. ff. ſi cer. pet. l. ſi ⁊ me.

¶ Fructus induſtriales.

¶ Sunt in quibus plus operetur induſtria quā natura: licetetiā natura cooperetur: vt ſegetes ⁊ ſimiles. De quib⁹ ſic diſtingue.

¶ Si a bone fidei poſſeſſore percepti ſunt: dic quod quilibet bone fidei poſſeſſor cum titulo ſiue ſine tit. ſuos facit: ſecundum omnes: quia percipiendo eos ⁊ ſeparando a ſolo ſuos facit: ⁊ lucratur. Inſtit. de rerum diui. Si quis a non domino. Et cum dicitur cum titulo: ſiue ſine titulo: probatur. l. ſi vſufructuarius. ff. quib⁹ mo. vſufruct. amit. ⁊. l. iiij. §. poſt litem. ff. fini. regund. Si autem non ſeparauit: adhuc ipſius fundi ſunt. ff. de rei vendi. l. fructus. Licet autem faciat ſuos: tamen ſi exiſtant tenetur reddere iudicis officio non rei vendica. quia percipientis ſunt. inſti. de offi. indi. §. ⁊ ſi rem ⁊. C. de rei vendi. l. certum. §. bone fidei. De cōſumptis autez nullo modo tenetur: inſtit. de offi. indi. §. ⁊ ſi hereditas. ver. ſi vero bonefidei. Uide Speculatorem.



¶ Si a male fidei poſſeſſore percepti ſunt: dic quod male fidei poſſeſſor: ſi quidem ſine titulo tenetur de cōſumptis condict. ſine cauſſa ⁊ offi. iudi. poſt litis conteſt. De extantibus rei vendicatione: non eadem qua tenetur ad rem principalem: ſed alia: vt. ff. de cō teſt. ex leg. l. vnica. de percipiendis autem: quod verus poſſeſſor percipere potuiſſet: tenetur iudicis officio. ff. de rei vendi. l. ſi nauis inſtitu. de offic. iudic. §. ⁊ ſi hereditas. ver. illorum autem. De conſumptis cum titulo tenetur de condic. ſine cauſſa. De extantibus rei vendicatione. A percipiēdis autē propter titulū excuſatur. C. de rei vendi. l. ſi fundum. niſi in caſibus qui ſequuntur.

1 ☞ Quando emit ab eo: quem ſcit vendere in fraudez creditoris. ff. de his que in fraudem credi. l. ait pretor. §. per hanc.

2 Quando emit ab eo qui metu compulſus eſt. ff. quod metus cau. §. ſed ⁊ pactus

3 Quando emit contra interdicta legum ſciens. C. de agrico. ⁊ cenſi. l. quemadmodum in fin. libro. xj. In authen. de non alie. §. ſi quis igitur emere. coll. ij.

4 Si emit a fiſco non ſolenniter vendente. C. de fide inſtru. ⁊ iure hauſt. fiſco. l. j. libro. x.

¶ Fructus autem percepti dicuntur: qui aliquo mō ſunt a ſolo ſeparati: ⁊ in horreis reconditi. Percipiendi vero dicuntur: qui immaturi ſunt: quos verus dominus: vt. ſ. poſſidet.

## ¶ De intereſſe.

Secundum canones damna ⁊ intereſſe peti poſſunt extra de fideiuſ. c. peruenit ⁊ ca. conſtitutus. ⁊ de foro compe. cap. dilecti.

¶ Dicemus igitur hic obiter de his. De primo quid ſit intereſſe. Deinde quotuplex ſit oſtendemus.

¶ Quid ſit intereſſe.

¶ Intereſſe ſecundum Bald. in. l. vinica. C. de ſentē. que pro eo quod intereſt pro. eſt eſtimatio alicuius vtilitatis non habite propter alicuius factum iniuſtum: vel conceſſionem iniuſtam.

¶ Uel eſt eſtimatio damni: quod aliter euenit: vel lucri quod ceſſat ex eo: quod aliquid tibi non detur: vel fiat vt debet.

¶ Oritur itaq; dupliciter vel lucro ceſſante: vt cū quis impeditur a lucro qd feciſſet ſi talis pecunia (ſic pone exēpli grā) ſibi reſtituta fuiſſet: vel nō fuiſſet leſio talis illata ⁊c. Uel ex dāno emergente.

¶ Conuentum intereſſe.

¶ Eſt: cum dicitur: ſi non fecero quod promitto dabo tibi centū pro intereſſe. Uel ſimpliciter: dabo tibi centum.

¶ Et hoc ſemper preſtandum eſt: ſecundum quod conueniat: niſi dolus interuenerit in ipſa cōuentione. Iuxta illud: Pacta ſeruabo. ff. de pactis. l. iuriſgen. pretor. §. extra de pact. c. j.

¶ Commune intereſſe.

¶ Eſt eſtimatio cōmunis dāni vel lucri: quod euenit vel ceſſat. i. eſt

communis eſtimatio damni:quod contigit alicui ex eo quod id
quod dari vel fieri debet non datur:vel non fit:vel non ſuo tem-
pore:vel loco:vel alias vt debet datum vel factum non eſt.
¶Et in hoc communi intereſſe computantur fructus rei debite:in
qua ſit mora:ꝛ mercedes:ꝛ penſiones:ꝛ augmentum precij pro-
pter locum vel tempus ꝛ ſimilia:vt.ff.ad leg.fal.l.precia.ff.ad.l.
aquil.l.ſi ſeruum.ff.ſi cer.peta.l.vinum.
¶Uſure etiam in eo computantur ſecundum.ll.ff.de peri.ꝛ com.rei
ven.l.ſi.ꝛ.C.de vſu.l.j.Secundum.canon.tamen:cū omnino ſint
prohibite:nullo modo computantur.Cum nullus ex pecunia ſit
fructus.lxxxviij.diſtinc.c.eijciens.Uide Spec.

¶Singulare intereſſe.

¶Eſt eſtimatio:que venit ex ſpeciali effectu:ſicut eſt in parte libero
circa filium ſeruum:vel que venit ex ſpeciali vtilitate:vt eſt libro
vſitato.d.l.precia.ꝛ.d.l.Si ſeruum.Uerbi gratia.Obligaui tibi
codicem meum in quo ſtudueram:ꝛ memoriam meam localem ſi
gnaueram:taliter vt niſi illum intra tempus certum redimerez:
liceret tibi diſtrahere:ꝛ ſic diſtraxiſti:poſtea enim illum Codicez
a priore emptore:qui tandem non vult illum mihi tradere.Certe
non ſolum debet mihi condemnari ad commune preciū codicis:
ſed etiam ad damnum quod patior:quod illud non habeo.ff.de
actio.empti.ꝛ vend.l.j.vbi tractatur de communi ꝛ ſingulari.
¶Quod autem ſit damnum illud:ꝛ que vtilitas eſſet modo illum
haberem:pendet ab arbitrio iudicis.Uide Spec.
¶Illud tamen interim nota:intereſſe quod ſurgit ex contractu:de
bet probari per teſtes:ꝛ ſic per conſequens expenſe facte extra iu
dicium debent per teſtes probari:que vero in iudicio per ſacra-
mentū victoris.Intereſſe vero quod ex dilicto prouenit:vt ex do
lo:rapina:per iuramentum paſſi damnum probabitur.C.vnde
vi.l.Si quando.

## ¶De ſalariorum ſolutione.

Quoniam plerunqꝫ in fine Iudicij:vbi expenſarum de qui
bus ſupra ſit taxatio:etiam de perſonarum in iudicio
interuenientium:ſcilicet iudicis:aduocati:procuratoris:
ſalarijs diſceptatur:igitur reſtat:vt pauca de eis quoque
dicamus:idqꝫ ſequenti ordine.

¶Ordo dicendorum.

1 De ſalarijs iudicum.
2 De ſalarijs procuratorum ꝛ notariorum.
3 De ſalarijs aduocatorum.
4 De ſalarijs medicorum ꝛ aliorum.

¶De ſalarijs Iudicum.

¶Iudicum alius eſt Delegatus:alius Ordinarius.
¶Delegatus autem:vel a principe:vel ab ordinario delegatus eſt.



¶Si a principe:vel proficiſcitur extra domiciliū ad iudicandū.Et
exigere poteſt a partibus expenſas quas fecit in victu:non tamē
ſalarium ext.de vit.ꝛ ho.cle.c.cum ab omni.Quia nemo cogitur
ſuis ſtipendijs militare.xxviij.q.j.c.Iaz nunc in fi.ex.de preſcrip.
c.cum ex officij.Et munera non ſumptus prohibentur.ff.de off.
preſi.l.illicitos.
¶Uel manet in domo ſua:vel ciuitate.Et nihil prorſus ſuo nomine
pro expenſis:vel id genus alijs obtinebit:nedū ſumptus querit
predo graſſetur.xxiij.q.j.c.militare.ꝛ.d.c.cum ab omni.Sed ſecū
dum leges Pedaneus debet habere ſportulas:ſcz duos aureos
in princip.ꝛ duos in fi.cauſſe:cum ſumma cauſſe excedat centum
aureos.Et Accurſius extēdit tam ad ordinarios iudices quam
delegatos:In Authen.de iud.§.ne autez.colum.vj.Uide latius
Speculatorem.
¶Si ab Ordinario:vel ad vniuerſitatem cauſſarum:ꝛ tunc idem di
cendum quod in ordinario de quo inf.cum idem ſit conſiſtoriū:
ex.de appel.c.Romana in prīnc.lib.vj.imo ordinarius ei dabit
expenſas ex.de of.ord.c.inter cetera.ꝛ in authen.vt nulli iudic.§.
nulli.col.ix.
¶Uel ad ſpālem cauſſam:ꝛ ſi ordinarius ei malitioſe talem cauſſaz
committit:non poteſt petere tales expenſas:ex.de off.deleg.c.pa
ſtoralis.Si vero ſine fraude:volens parcere expenſis partiū:tūc
forte poſſet petere.Sicut ꝛ delegatus a principe:ne officium ſuū
damno ſit.Uide Spec.
¶Ordinarius etiam expenſas quas fecit in victu ꝛ in profectione ꝛ
ſimilibus:cum ad aliquem locū ſue Iuriſdictionis vadit:non ha
bebit.d.c.cum ab omni:ne alienum iurgium putet ſuam predaz.
C.ad.l.Iuli.repe.l.omnes.Iuxta illud Luce.iij.Eſtote contenti
ſtipendijs veſtris.
¶Poteſt tamen recipere a partibus:vt apparitoribus:vel ſcriptori
bus:qui cauſſe acta ſcribunt:ſatiſfaciat imo poteſt cogere par-
tes:vt predictis perſonis ſatiſfaciant in talibus.que olim ſportu
le vocabantur.
¶Secundum leges tamen vt Accur.extra authen.de iudi.§.nullo
quoqꝫ:ꝛ.§.ne autē.col.vj.colligit:quatuor habet aureos duos in
prin.ꝛ duos in fi.cauſſe.vt.s.idqꝫ cum ſumma cauſſe ſit maior.c.
aureis.
¶Clerici quoqꝫ preſtant ſuis ordinarijs.iiij.ſiliquas.C.de epiſ.ꝛ cle
ri.Authen.
¶Sed hodie nulla.Conſuetudo tamē vniuſcuiuſqꝫ fori ſeruāda eſt.
¶Arbiter vero ſecundum Martinum de fano poteſt a compromit-
tentibus ſalarium exigere.Et dicit de hoc videri caſum eſſe.C.
de pri.ſacro.ſcrin.l.in ſacris ꝛ li.xij.ꝛ in.l.vlti.circa.fi.C.de prin-
cipi.in reb.agen.lib.xij.In quibus exp̄ſſe dicitur quod cauſſa eſt
coram arbitro:poteſt pro ſuo ſalario vnum ſolidum:id eſt:aureū
exigere.Et pleraqꝫ alia Martinus adducit:que longum eſſet hic
recenſere.

¶De ſalarijs procuratorum: ſeu aliena negotia gerentium.

¶Regulare eſt: quod ſalarium ſeu merces incerte pollicitatiõis peti nõ poteſt. C. modo. d. l. Salarium. Retineri tamẽ poteſt ſolutũ.

¶Pollicetur autem quis: cum nulla interrogatione precedente ſalarium offert: his vel ſimilibus verbis. Fideliter cura hec mea negotia: liberaliter reſpondebo tuis laboribus. ff. de pollicita. l. pactũ. Et ex huiuſmodi polliciris (vt in ꝓuerbio eſt) quilibet diues eſſe poteſt. Ut autem hec clariora reddantur: ſic diſtingue.

¶Uel incertum re ꝛ genere eſt quod promittitur vt cum dixi: fideliter cura: liberaliter tibi reſpondebo. Et tunc peti non poteſt. d. l. Salarium. ꝛ. l. qui mutuam. §. Salarium. ff. mandati.

¶Uel incertum re tantum genere tamen certuz: puta promitto tibi aſinum: vel librum in genere: nec dixi. quem aſinuz qualem librũ. Et tunc nõ eſt penitus incerta promiſſio. Ideoq; peti poteſt. arg. C. manda. lib. j. ꝛ agetur preſcript. verb.

¶Ueruz taxabitur arbitrio boni viri. ff. de preſcrip. ver. l. Si tibi polienda. vide alia iura apud Spec.

¶Uel certum ꝛ re ꝛ genere. puta: Promitto tibi talez equum: vel talem veſtem: vel quod te taliter in tali die faciam militem: ꝛ tantum pro militia tibi dabo. Et ſic iterum diſtingue quia aut hoc fuit deductum in ſtipulationem: vel non.

¶Si deductum in ſtipulationez: tunc certi condictiõe petitur quod promiſſum eſt: Inſti. de verb. oblig. in prin. ff. Si cer. pet. l. Si quis certum. Sed ſi incertũ eſſet promiſſum: tunc peteretur per actionem ex ſtipulatu.

¶Si non fuit deductum in ſtipulatione quod certum eſt ſed ſolum nudo pacto promiſſum. Et tunc iterum diſtingue. Nam aut promittitur in ipſo contractu ſeu mandato: vel incõtinenti ante mãdatũ. Et iterũ ſubdiſtingue: aut em̃ erat alias facturus aut non. Si alias facturus: tunc petitur ex contractu actione ſcilicet mandati contraria informata. C. mandati. lib. j. in fi. ff. eo. l. Salariuz. C. de pactis. l. petens. Tũc em̃ veſtitur nuduz pactũ coherentia cõtractus. C. de pact. l. in bonefidei. Si vero nõ erat alias facturus. ꝛ eſt tale factum quod conſueuit locari ab ipſo procuratore: tunc agitur locati. ff. manda. l. j. Inſti. eo. §. mandatum. Aut non conſueuit: ꝛ tunc eſt contractus innominatus ꝛ agitur actione preſcrip. verb. l. naturalis. §. at cum de. Si autem ex interuallo: ſcilicet poſt quaz contrahentes ſe ad alia negotia diuerterunt: ꝛ erat alias facturus: tunc petitur promiſſum iudicis officio ſeu extraordinarie. ff. manda. l. Salarium.

¶Annotatio.

¶Aduertendum tantuz hic notabiliter: quod procurator nõ poteſt de certa parte litis (quod tamen plerique impoſtores faciunt) puta media vel tertia: vel quarta vel alia quota paciſci alioquin nõ valet. Imo punit. ff. mãda. l. ſalariũ. ꝛ. l. ſi remunerandi. §. maurus paul⁹. ꝛ. C. de poſtul. l. quiſquis. ff. de varijs ꝛ extraordina. l. j.



§. aduocatos. Uide hec iura ꝛ Spec. qui de tabellionum inhumanitate optime diſſerit.

¶Alia annotatio.

¶Interim ꝛ illud nota dominum teneri procuratori ad impenſas moderatas in negotio vel iudicio factas. extra de procurato. c. cum pro cauſſa. ꝛ. c. elect. ꝛ ca. vt preterite.

¶De ſalario aduocatorum opiniones due.

¶Prior eſt quorundam dicentium aduocatos ꝛ iuriſperitos gratis debere preſtare ſuas operas: ꝛ minime cõſilia: patrociniaq; vendere. arg. c. j. xv. q. ij. Nã ſi cauſſa eſt iniuſta: non debent eam aſſumere defendendã: imo ſuſceptam deſerere debent. C. de iudi. l. rez non nouam. Si vero iuſta ſit. gratis debent conſidere vel patrocinari. Quia veritas cum non defenditur: opprimitur. lxxxiij. diſt. c. error. ꝛ dicunt inſuper quod iura illa que in contrarium adducuntur. ſ. cum non licet. xj. q. iij. c. ꝛ non ſane. xiiij. q. v. de quibus. j. loquuntur ſecundum leges.

¶Sed talium rigor non probatur. Illud tamen interim certum eſt quod aduocato non licet paciſci de certa parte litis: vt ſupra de procuratore dictũ eſt. Quod ſi fecerit interdici debet ei forus. C. de ſe poſt. l. quiſque. Uide Specula.

¶Secunda eſt communis ꝛ magis probata: quod liceat aduocato vendere patrocinium: ꝛ iuriſperito iuſtũ cõſilium. xj. q. iij. c. non licet. ꝛ xiiij. q. v. c. non ſane. Ubi clarus tex. eſt ꝛ vtriuſq; cano. verba ſunt Auguſt. ad Macedonium ꝛ. ff. de varijs ꝛ extraor. cog. l. j. §. in honorarijs. Uide.

¶Preterea poteſt operas ſuas locare. ff. loca. l. qui operas. ꝛ preciũ recipere pro labore. c. eccleſiaſticis. ꝛ. c. charitatis. xij. q. ij. Nam nemo cogitur de ſuo facere beneficiuz. x. q. ij. precarie. nec ſuis ſtipendijs militare. extra de preſcrip. c. cum ex offi.

¶Pauperum tamen ratio ſemper habenda eſt. Uide Spec. l. j. par. iiij: de ſala. aduo.

¶De ſalarijs Medicorum ꝛ aliorum.

¶Et ſi medici non plures ſint q̃ obſtetrices. C. communi. de leg. l. ſi. §. j. verſ. ſinautem. operepretium tamen erit de eorum ſalarijs obiter hic aliqua dicere. Nam ꝛ iura eorum mentionem faciunt. xiiij. queſtione. v. cap. non ſane.

¶Omiſſis igitur partibus ꝛ muneribus medici ꝛ quo pacto ſe habere debeat erga infirmos: ꝛ in conferendis medicamentis: de ſalarijs eis debitis ſic breuiter diſtingue.

¶Medicus.

¶Uel eſt a cõmunitate ſalario prouiſus: ita quo nihil debeat ab infirmis petere: ꝛ tunc nihil accipere neque exigere debet: etiam ſi ſalarium non ſufficiat quod ſibi imputet: cum ex conuentione pacta accipiãt que etiã ſeruanda ſint: extra de pac. c. j. Ubi tamẽ infirmi: ſani: ꝛ reſtituti fuerint: ſi voluerint illis aliquid offerre ꝓ obſequijs admittitur. l. archiatri. C. de profeſ. ꝛ medi. lib. x.

¶Uel non ſalario honoratus a communitate: nec per ſtatutuz limi=

tatus:⁊ poteſt exigere ſtipendium moderatum. Nemo enim cogitur de ſuo beneficium facere. x.q.ij.c.precarie. Et illud moderamen attenditur ſecundum qualitatẽ curationis ⁊ laborem ⁊ induſtriam medici ⁊ facultatem infirmi locique conſuetudinẽ.

¶Uel nullo quidem ſalario prouiſus: ſed tamen ſtatuto ciuitatis vel cõmunitatis aut domini: cautũ eſt: ne plus quã. N. accipiat.

¶Et tunc ſupra accipere non debet: niſi tale ſtatutum eſſet cõtraria conſuetudine abrogatum. c. fi. extra de conſuetudine.

¶Uel pactum iniit de certa mercede poſt curationem habenda. Et tale pactum infirmus ſeruabit niſi reciderit incontinenti: quia non videtur egritudo receſſiſſe que ſtatim rediit. Quo caſu tenetur medicus pro eodem ſalario illum curare.

¶Secus ſi ex interuallo reciderit. Uide Speculatorem.

¶Quomodo autem puniatur medicus pro admiſſa culpa erga infirmos: vel ex propoſito: vel ex imperitia. Uide inſtitu. de leg. aquil. §. preterea ſi medicus. ⁊ ibi bonã glo. in verbo imperitia. ⁊. l. illicitas. §. ſicuti medico. ff. de offi. preſi.

¶De ſalariis aliorum quicunque operas ſuas locant: dic vt. ff. loca. l. ſi vno. §. item tum.

¶De pena temere litigantium.

¶Quia temere litigãtes ad intereſſe ⁊ expenſas: de quibus. ẜ. condemnari ſolent. Ideo nunc poſtremo loco de pena temere litigantium videndum eſt.

¶De hac autem ſic diſtingue.

1 ☞ Temere litigans quandoq; fit per ſentẽtiam infamis. quandoq; in ipſo iure: puta in certis actionibus: quarum ſunt octo. Nẽpe quatuor ex maleficiis: ⁊ quatuor ex cõtractibꝰ: veluti furti: vi bonorũ raptorũ: iniuriarũ: de dolo. Et he ex maleficiis ſunt.

¶Porro ex contractibꝰ ſunt he: Tutele/mãdati/depoſiti/ directis non contrariis actionibus: ⁊ pro ſocio: que ex vtraq; parte directa eſt. Quibus octo directe infamãtur dãnati. inſtit. de pena te. litig. §. ex quibuſdam. ⁊. xx. q. v. cap. ſi quis conuictus.

2 Quandoq;: imo ſemper temere litigãti imponitur pena pecuniaria: vtpote ſi filius vel libertꝰ ſine venia iudicis: parẽtes vel patronos in ius vocauerit: punit in. 50. aureis. iſtit. de pe. teme. lit. in fi. Et ſi ſoluẽdo non ſit: verberibꝰ caſtigatur. ff. de in ius voc. l. pe. ⁊ fi. ij. q. i. c. prohibentur. iiij. q. iiij. c. ſi teſtes. ver. Itẽ. l. Julia.

3 In quibuſdam actionibus punitur pena dupli. vt in actio. le. aquil. l. vi retento. Inſti. de pe. teme. liti. §. At aduerſus.

4 Creſcit aliquãdo pena propter mẽdaciũ. Nam negans per mendacium ſe poſſidere: perdit poſſeſſionem. ff. de rei vendi. l. fi.

¶Similiter in noxali: ſi neget ſe poſſidere ſeruũ vel animal quod noxam dedit: perdit illud: ſecundum Spec. ⁊ Jo. de Deo.

¶Sed verius vt vult Azo: perdit arbitrium deditionis noxe. ⁊ eſt textus clarꝰ in. l. ſi ſeruus depoſitus. §. ſi negauerit. ff. de noxali. Et quandoque perdit condictionem indebiti. Inſtitu. de oblig. que ex quaſi con. naſcun. §. fi.



¶Preterea qui temere propriam ſcripturam vel numerationem factam per mendacium negauerit: ⁊ poſtea cõuincatur per teſtes: vel inſtrumenta punitur in duplo. Si autem cõuincatur per ſacramentum ei delatum: punitur tantum in expenſis. In authẽ. de trien. ⁊ ſemiſ. §. ſtadium. vbi etiam de predictis penis diſponitur. quare vide.

5 periurium incurrit. de quo Inſtit. eo. §. ecce enim iuſiurandum. ⁊. C. de iureiur. prop. calum. l. ij. ⁊ authen. ibi poſita.

6 In penã temeritatis incidit: nempe vt qui alium temere in ius vocat in lit. ſumptibus puniatur: ⁊ in viaticis. l. eum quem. ff. de iud. extra de penis. c. calumniã. C. de fruc. ⁊ lit. expen. l. i. ⁊. ij.

¶Et in ſumma curiarum conſuetudines reſpiciẽde ſunt modo laudabiles fuerint. c. cum veniſſent: extra de eo qui mit. in poſſeſſio. cauſ. rei ſeruan. plura ſi cupias. Spec. conſule.

¶Ordo ⁊ proceſſus in cauſſis criminalibus.

Explicato ordine iudiciario cauſſarum ciuilium: id eſt qualiter in ciuilibꝰ cauſſis ſit procedendũ: reſtat nunc ex ordine in preliminari noſtra tabula pmiſſo: videre quo pacto criminalia iudicia expediẽda ſunt: eſt enim publice vtilitatis: ne maleficia maneãt ipunita: extra de ſentẽ. excõ. c. vt fame. ff. ad legẽ aquil. l. ita vulneratꝰ Reſpõ. i. ff. de ſolu. l. ſtichum. §. i. ff. de iudi. l. longius. §. pri. C. de poſtu. l. ſi operis. ff. de penis. l. capitalium. §. famoſos.

¶Quam autem neceſſaria ſit in delinquẽtes ea iuſtitie pars: que vindicatio a philoſophis appellatur: quã ⁊ animaduerſionẽ dicere poſſumꝰ: diuinus ille Plato in libro de republica docet: cũ dicit: Dare penas maximi mali euitatio eſt: facit enim alibi prudentiores ⁊ iuſtiores: ⁊ medicina quedã iniquitatis ipſum eſt iudicium. Illud vero neq; deorũ neq; hominũ vllus audebat dicere: vt ab eo qui iniuſte legerit: pena non ſit exigenda. Idem caſtigare noxiam oportet: non ob preteritũ delictum: cum id corrigi nequeat. Sed ne iterum peccet: tum ne ipſius exẽplo ceteri quoq; peccent. Quod fit: ſi crimina non puniantur. Facilitas enim venie incentiuum tribuit delinquendi: extra de vita ⁊ hone. cleri. c. vt clericorum. Et ſi ea que male vſurpãtur: omittimus exceſſus viam aliis aperimus. xv. q. ix. c. loci. §. proinde. Punienda ergo ſunt maleficia: vt ⁊ vnius pena metꝰ ſit multorũ: ad. l. Jul. repet. l. i. Et quos ad vite decora domeſtice laudis exempla non reuocant: correctionis ſaltẽ medicina compellat. C. de emen. propin. l. vnica. Pythagoras dicere ſolebat: Qui non plectunt malos: volunt bonis iniuriam inferri.

¶Seneca idem imitatus ait: Qui parcit malis probis nocet.

¶Sed curſum tam multa de malefactorum pena? Nempe: vt cognoſcas hanc iudiciarii fore partem ſumme neceſſariam eſſe.

¶Ad cuius rei notitiam ſciendum: de criminibus quinque modis

agi: de quibus hic per ordinem dicere decreuimus.

¶De criminibus quinqꝫ modis agitur.

¶Per accuſationem: ⁊ hoc vniuerſale eſt.C.de fal.leg.cum ſuppoſiti.C.ad leg.fla. de plag.leg.iij.

¶Denuntiationem de accuſ.l.ea quidem.

¶Inquiſitionem .ff.de off.prefect.l.congruit.

¶Excipiendo: ex.de ord.cog.c.ij.

¶Extraordinarie: vt in notorijs: extra de accu.c. Super his ⁊ capitu.qualiter.§.ad corrigendos.et.c.audiētia.⁊ de Simo.c.licet heli.Quibꝰ expeditis ad rei conſumationem ⁊ de abolitione et purgatione aliquid dicemus: vt ſupra.in tabula preliminari premiſimus.

¶Regula.

¶Ex crimine tum demū ad accuſationē peruenitur: cum illud in actum procedit: alioqui cogitationis penā nemo meretur neque patitur: ſi eius terminis contēta eſt ipſa cogitatio.De peni.diſt.j.c.vulgaris.⁊.c.cogitationis.⁊.ff.eo.leg.cogitationis: ⁊ eadem diſtin.c.non dicam rapere.⁊.C.de epiſ.⁊ cle.l. Si quis nō dicam rapere.extra de homi.c.pro humani lib.vj.Accuſatio igit actū deſiderat: ſicut ⁊ lex Aquil.damnum.ff.ad leg.Aquil.leg.j.⁊ leg. Si ſeruum ex quo actio ipſa oriatur.ff.quod met.cauſ.leg.Sed ⁊ pactus. Sicut ⁊ contractus bone fidei deſiderat moram: que eſt cauſſa quare agitur ex contractu.C.de in integrum reſtitutione: lege in minorum perſona.

¶De accuſatione.

Est autem accuſatio ſiue accuſare: (quod idem eſt ſecundum Azo.in ſum.eo titul.in prin.) aliquē in libello reum criminis deferre: vel facere ad vindictam. Vide hoſtien.in ſumma.eod.titul.in principio.De accuſatione tractaturi hoc ordine procedemus.

¶Ordo dicendorum.

1 ☞Qualiter in accuſatione procedatur.
2 Super quibus criminibus fiat accuſatio ⁊ de penis accuſatorū.
3 Qui ad excuſationem criminum admittatur.
4 Coram quibus eſt accuſatio facienda.
5 Quid iuris ſit de contumacia accuſatorum.
6 De contumacia accuſati.

¶Qualiter in accuſatione procedatur.

¶In accuſatione fere eadē ſeruāda ſunt: que etiam in ciuili actione.Nam libellus in vtroque datur: ⁊ ſi nōnihil diſcriminis habeant libellorum conceptiones: vt pulchre Specul. docet libro.tertio.parte prima titu.de accuſa.

¶Volens igitur alium accuſare criminaliter: videat vtrum habeat ſuas probationes paratas: que in talibus plene ⁊ clariſſime requiruntur.C.de eden.l.is apud quem.⁊.c.ſciant.ij.queſtio.vij.



Accuſaturus ergo cum diſcrimine procedat: quia crimen vel eſt publicum vel priuatum.

¶Si publicum: tunc ſciat qua lege debeat deferre: Nam hoc facit lex in criminalibus: quod actio in ciuilibus.ff.de accuſa.l.libellorum.ij.q.vij.c.perſcriptā.§.libellorum.

¶Si priuatum: vel habet nomen certum: vel incertum: Si certum accuſet de illo crimine.ff.de priua.delict.l.j.in fi.

¶Si incertum ⁊ non proprium: accuſet criminis ſtellionatus.ff.de crimi.ſtellio.l.iij. Accuſet etiam ſi poteſt.l.municipale.ſi ibi ſit certa pena ſtatuta.Vide Speculatorem.

¶His conſideratis: accuſator accedat iudicem ⁊ accuſet eo quo de liberauit crimine: ⁊ inſcribet ſe obligabitqꝫ accuſationem ſe proſequuturuʒ atqꝫ alia facturum: que in accuſatione requiruntur.

¶Et poſtea iudex iubebit accuſatum citari: vel exhiberi.Et ſine iudicis iuſſu nullus eſt citandus.C.de exhiben.reis.l.nullus.et.l.neminem.C.qui ſatiſda.non poſſunt.qui crimen.

¶Sed hoc fallit in caſibus: qui ſequūtur.

¶Qui abſqꝫ iudicis authoritate citari exhiberiqꝫ poſſint inuiti.

¶Falſarius monete.C.de fal.mo.l.j.

¶Deſertor militie.

¶Latro publicus.

¶Agrorum depopulator.

¶Virginum raptor.

¶Nam iſtos licet occidere: ſi non poſſumus eos vinctos adducere.C.quando liceat vnicuiqꝫ ſine iud.l.j.⁊.ij.C.de rap.virg.l.vnica. Vide Speculatorem.

¶Fur ſecundum aliquos poteſt viuus preſentari: etiam inuitus iudici.ſed nō licet eū occidere: vt predictos: niſi in caſibus: vt.ff.de furtis.l.interdum.§.qui furem.ff.ad legem aquil.itaqꝫ.§.fina.et l.ſed ⁊ ſi quicunqꝫ.ff.ad.l.corne.de ſica.l.qui fureʒ.extra de homici.c.ſi perfodies.

¶Debitor ex maleficio fugiens ſecundum quoſdam.Nam poſſum eum vinctum adducere nō occidere.ff.de his que in frau.credi.l.ait pretor.§.ſi debitorem.⁊ in authent.vt iudi.ſine quoquo ſuffra.§.neceſſitatis.

¶Homo meus fugiens: quia licet ſit in fuga: tamen eius dominiuʒ retineo ⁊ poſſeſſionem.ff.de vſura.l.nō ſolum.l.iij.§.de illo.C.de his qui ad eccleſi.fugi.l.ſi ſeruus.⁊ de epiſcop.⁊ cleri.l.ſi quis curialis.Vide Speculatorem.

¶Sunt ⁊ alij caſus: in quibꝰ ſine authoritate iudicis quis alij ius dicere poteſt: quos ſupra de actore narrauimus.Porro formulas libellorum in actione criminali: vide apud Speculatorem libro iij.parte.j.titu.de accuſari.§.qualiter autem.

¶Annotatio.

1 ☞Accuſatus de graui ſcelere incarceratur: vt cuſtidiatur: non vt ligetur.C.de exhiben.reis.l.ij.Vide Speculatorem quō proce

datur ad vlteriora. Conſuetudo locorum maxime obſeruanda eſt in hiſce ⁊ ſimilibus.

2 Crimen eſt peccatū accuſatione ⁊ dānatione digniſſimū. lxxxi. diſt. iiij. c. plus. Ubi nota: ꝓpter q̄ crimina quis ſit deponendus.

¶ Accuſatio factum requirit: vt. ſ. dictum. Similiter et accuſatorē ſine quo nemo damnatur: ſiue crimen ſit publicum: ſiue priuatum. C. de accu. l. fi. ff. de pri. delictis. l. fi. vide Speculatorem.

4 In criminalibus ordo iudiciari⁹ eſt obſeruādus: extra de ſimo: c. dilectus. ibi poſtq̄ crimen vez vt accuſator ſit legitimus. extra de accu. c. j. ij. q. vij. c. clericus. ⁊ iudex idoneus. xj. q. j. c. vbi. et. c. experientie. ⁊. c. cum ſit. extra de foro com. Item quod accuſatio ſit legitima. ij. q. vij. c. ſi q̄s epiſcopo. Itē: vt fiat in ſcriptis: vt trina citatio vel vna peremptoria precedat: vt denť inducie: vt ali⁹ ſit accuſator: alius teſtis: vt clarius. j. oſtendemus que poſſint excipi contra accuſatorem. Hoc tamen ſciendum quod ſepe p̄ter premiſſum ordinem ⁊ ſolennitatem cuſtodes iurati ex officio denuntiant ⁊ eorum denuntiationi creditur. C. de accu. l. ea. Et de hoc varie ſunt locorum conſuetudines. Uide Speculatorem.

¶ Super quibus criminibus fiat accuſatio.

¶ Accuſatio nō ꝓcedit niſi in crimine publico vel priuato. Et quādoq̄ agitur criminaliter ad penam corporalem: quādoq̄ ad pecuniariam infligendam. Pro cuius clariore intellectu duas criminum diuiſiones faciemus.

¶ Prima diuiſio.

¶ Criminū alia ſunt publica ⁊ ordinaria: vt crimē leſe maieſtat. heresis/ſimonie/adulterij/homicidij/falſi. Et dicunť publica: q̄ eorum executiōes ſiue denūtiationes: ſiue accuſatiōes: cuilibet de populo cōpetant. inſti. de publ. iudi. §. j. ver. publica autē. ff. eod. l. j. Quoniam ad publicā vtilitatez ſpectat: ne crimina maneant impugnita. Et dicūtur ordinaria: q: certa pena in eis ſtatuiť quā ordinariam non licet iudici minuere: quia facti quedā queſtio. eſt. ff. ad turpil. l. j. §. ij. niſi forte cauſſa cognita: quia tunc poteſt augere vel minuere. Augere quando multis graſſantibus opus eſt exēplo: vt vnius pena metus ſit multorū. C. ad leg. iul. repetū. l. j. Minuitur cū perſona delinquens honeſta eſt: ⁊ non deliquit niſi ſemel. C. de his qui no. infa. l. quid ergo. §. pena grauior. ff. de pe. l. in ſeruorum. §. fi. ⁊. l. reſpiciendum. Uide Speculatorem.

¶ Alia publica ⁊ extraordinaria: vt. l. Iul. rep. ⁊ in. l. iul. de plag. et hmōi: de quibus habetur. ff. de publi. iud. l. j. ⁊. ff. ad leg. iul. repe. l. lex Iulia. §. hodie. ff. ad leg. fla. de plag. l. fi. Ideo dicuntur extraordinaria: q: nō eſt eis certa pena ſtatuta: ſed arbitrio imponitur iudicantis: ⁊ hoc ſecundum delicti ⁊ perſone qualitatem. extra de accu. c. ſuper his. de offi. deleg. c. de cauſſis. ff. de effract. ⁊ expil. l. prima.

¶ Alia priuata: quibus priuatim ad intereſſe noſtrum agimus: nobiſq̄ aliquid dari aut applicari debere pro delicto in nos cōmiſſo. petimus: id eſt pecuniariter pro illis agimus.

Vel dicuntur



¶ Vel dicuntur priuata: quod eorum exequutiones ⁊ denuntiationes ſiue accuſationes: ad illos tantum pertinent: quibus infertur: vt furtum/iniuria/damnum/crimē abigeatus ⁊c. ff. de priua. delict. l. fi. ff. de furtis. l. fina.

¶ Secunda diuiſio.

¶ Criminum alia ſunt capitalia: vt ſunt ea ob que pena ſanguinis infligitur.

¶ Alia non capitalia: vt que pena pecuniaria plectuntur. ff. de publi. iudi. l. ij. de iure autem canonum non imponuntur pene capitales: ſeu corporales: extra de iudi. c. cuz non ab homine. licet ſit argu. contra. extra de maio. ⁊ obe. c. ij. ⁊ qui filij ſint legi. c. per venerabilē. ij. q. vij. c. ſicuti. §. quia ergo. ⁊. v. q. v. c. delatori. Sed degradatio/depoſitio/ſeu ſuſpēſio: excommunicatio ⁊ huiuſmodi: vt ⁊ ibi. ⁊. xxiiij. queſtio. iij. capi. corripiantur. ⁊. xj. q̄ō. iij. c. nemo. ⁊. c. rurſus.

¶ Octo genera penarum legalium.

1 ☞ Damnum ſiue multa.
2 Uincula ſiue carcer.
3 Uerbera.
4 Tallio.
5 Ignominia ſeu infamia ſeu capitis dimin. media vel maxima.
6 Exilium quod vel eſt.
¶ Deportatio. i. perpetuum exilium. vel relegatio. i. temporarium exilium. Et ſucceſſit deportatio ignis ⁊ aque interdictioni.
7 Seruitus.
8 Mors ſeu capitis diminutio maxima.

¶ Octo genera penarum canonicarum.

¶ Damnum ſiue multa.

¶ Excommunicatio que ſucceſſit ignis et aque interdictioni. Sine comparatur deportationi que vt. §. dictum eſt: ſucceſſit in locum interdictionis ignis ⁊ aque. ff. de pe. l. ij.

¶ Suſpenſio que comparatur temporali relegationi.

¶ Depoſitio que comparatur perpetue deportationi.

¶ Intruſio/incarceratio/que duo cōparantur carceri ſeu vinculis.

¶ Interdictum eccleſiaſticum.

¶ Degradatio: que cōparatur morti ſeu capitis diminutioni maxime. de accu. c. qualiter. Plura ſi ſcire cupis: qualiter pene canonice ſuccedant ſeu comparentur legalibus: vide Inno. iiij. in. d. c. generaliter. Quid autē ſit relegatio: quid deportatio: vide que notantur inſti. quib. mo. ius pat. po. ſol. §. relegati.

¶ Clericus aliquando vel excommunicatur vel ſuſpenditur: vel deponitur: vel degradatur: extra de iudi. c. atſi clerici. ⁊ de cri. fal. c. ad falſariorum. ⁊ de ver. ſig. c. nouimus. extra de offi. ordi. ca. ad redimendam. xxx. q. j. c. ſi quis ſecundum.

¶ Excommunicatur propter contumaciam ⁊ multiplices exceſſus extra de ſenten. excom. per to. ⁊ de cleri. excom. per totum.

¶ Suſpenditur aūt vel ad tēpus: vel in perpetuuz idq̄ ab officio: a

beneficio: vel ab vtroqȝ.i.⁊ officio ⁊ beneficio: vt propter fornicationem ⁊ huiuſmodi extra de coha.cle.⁊ mul.c.clericos.⁊ ſeq.et ⁊.xxxij.diſtin.c.nullus.

¶Suſpenſus tamen ab officio videtur per conſequens: ⁊ a beneficio ſuſpenſus: argu.lj.diſt.c.eos.de quo dic: vt notatur extra de cler.excom.c.latores.de diuerſitate autez ſuſpenſionum: vide nõ nihil in glo.c.ad hec quoniam.extra de appel.

¶Eſt autẽ ſuſpẽſio cenſura eccleſiaſtica: qua interdicitur aliquod officium vel exercitium: competẽs certe perſone eccleſiaſtice aliquando a iure: aliquando a iudice probata.

¶Deponitur ſolo verbo: quando videlicet ob crimen aliquod ſententia depoſitionis in euz profertur: vt recenſet hic Speculator Clemen.iiij.publice feciſſe: et tuliſſe ſententiam depoſitionis in palatio ſuo Uiterbij in.xj.epiſcopos: tũc ibi preſentes: quod adheſerant principi Tarentino: qui regnuz Sicilie occupauerant. Uide Speculatorem.l.tertia parte prima titulo de accuſatio.§.ſecundo loco.verſicu.item queritur.

¶Degradatur: quando poſt ſententiam depoſitionis inſignia: que recepit: cum ordinaretur: ei ſolenniter detrahuntur. Et hec vocatur ſolennis depoſitio. De qua.xij.queſt.iij.c.epiſcopus. Quomodo autem fiat huiuſmodi degradatio. Uide Speculatorem. loco allegato.

¶Annotatio.

¶Licet quãdoqȝ plures ſimul vnũ delictuz cõmittant: tñ iudex diſſimiliter punit: vt vnum in.v.aliuz in.x.nec immerito. Nam licet omnes deliquerint: tamen vnus potuit magis alio delinquere.lj.diſt.c.contumaces.⁊.xxxij.diſt.c.omnem: ⁊ arg.C.de inoff.teſt.l.cuz duobus here.ff.ad.l.Aqui.l.ita vulneratus.ff.ad.l.Cor.de ſic.l.ſi.ex.de homi.c.ſicut dignuz. Secundum igitur qualitates, delinquetium ſunt pene moderande. Uide Speculatorem.

¶Que autez ſint crimina: in quibus ſine accuſatore proceditur: notatur extraua.vt eccle.beneſi.c.vnico.

¶Qui ad accuſationem criminum admittantur: vel non.

¶Regulariter: Si crimen eſt priuatum: non admittitur niſi cuius intereſt.ff.de priua.delict.l.j.⁊.ij. Si vero ſit publicum: quilibet de populo.qui ſit integre fame: admittitur.inſti.de publi.iudi.

¶Infamis autem ⁊ criminoſus ab omni accuſatione ſecũdum canones repellitur.ij.q.vij.c.querendum.et.c.ſi qui ſunt: ⁊.vj.q.j.c.infamis.⁊.c.qui crimen.

¶Et hoc verum eſt: niſi ſuam vel ſuorũ iniuriam proſequatur.iiij.q.vlt.c.omnibus.ex.de teſti.c.de cetero: vide latius Speculato.

¶Annotatio.

¶Accuſatus de graui et manifeſto crimine: non admittitur ad reaccuſanduz. Secus ſi graue ⁊ non manifeſtum.vel contra.ex.de appell.c.propoſuit.iij.q.v.c.quia ſuſpecti.ff.de publi.iudi.l.iſqȝ Item accuſatio/ordo/⁊ teſtimoniũ paribus paſſibus ambulãt ⁊



qui non admittitur ad vnum: nec ad aliud. Dic vt notatur.ij.q.vij.capitu.ipſi apoſtoli: ⁊.j.q.capitu. Si quis epiſcopus: extrauag.de teſti.c.fina.

¶Exceptiones contra accuſatorem.

1 Quod non ſit legitimus accuſator: extra de accuſ.c.j.

2 Quod non poſſit quis eodem tempore ⁊ eodez libello duos accuſare.ff.de accuſ.l.hos accuſare.§.lege.niſi ſuaruz iniuriarũ cauſſa.d.l.hos accuſare.§.lege iudiciorum.

¶Quod intellige ſi plures accuſationes vellet contra duos vel plures ex diuerſis factis: vno eodemqȝ tempore: ⁊ in eodẽ libello proponere: ſed in diuerſis libellis bene poteſt. Uide Specu.

3 Quod accuſatores ſint plures: qui non omnes admittuntur: ſed magis idoneus eligendus eſt.ff.de accuſa.l.ſi plures.

4 Quod inuitus accuſet quod eſſe non poteſt. Nam nemo inuitus cogitur ad agere: vel accuſare.C.nemo inuitus coga.per totũ.

5 Quod fuerit ſocius ⁊ participes criminis extra de teſti.capitu.veniens ⁊.C.eo.l.quoniam ⁊.l.fin.ff.de queſti.l.repe.§.primo extra de confeſ.c.j.

6 Quod par vel ſimile crimen commiſit.ff.ſolu.matri.l.viro.argu.extra de ſimo.c.per tuas.circa prin.extra de teſti.c.perſonas.

7 Quod accuſator iam tranſegit vel pactus eſt de crimine priuato: vel etiã capitali: ⁊ in omni pena ſanguinis: excepta pena adulterij. De alia pena que.ſ.non irrogat penam ſanguinis non licet paciſci ⁊ tranſigere: preterquam in crimine falſi.C.de tranſactio.lege tranſigere.

8 Quod ſpoliari accuſatum tota ſubſtantia ſua vel maiori parte: extraua.de reſti.ſpolia.c.frequens.lib.vj.

9 Quod ⁊ ipſe accuſator criminoſus ſit quocunqȝ crimine: quare alium accuſare non põt: extra de exceptio.c.a nobis.

10 Quod ſit vilis perſona extrauagan.de ſponſa.c.cuz in tua, extrauagan.de ſimo.c.licet.heli.⁊.c.ſequen.

11 Quod ſit frater: qui non poteſt fratrẽ: vel ſororem accuſare criminaliter de crimine magno ⁊ capitali: imo ſi faciat: pena exilij pleclendus eſt: niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur: vel niſi in leuibus criminalibꝰ.C.qui accuſa.non poſſunt.l.ſi magnum.⁊ l.ſi ſororem ⁊ niſi in crimine leſe maieſtatis.C.eo.l.penul.⁊ crimine hereſis.extra de preſcrip.c.literas. Uide Spe.

12 Quod accuſatus fuerit alias ſuper eodem crimine abſolutus: de quo infra de aboli.

13 Quod altero accuſatore mortuo vel aliqua de cauſſa impedito lapſi ſunt triginta dies vtiles: vnde non alter eſt admittendus.ff.de accuſa.l.libellorum in fin.ff.ad turpil.l.ad priuatim.⁊ infra dicemus latius.

14 Quod aliꝰ primo ceperit accuſare. Unde pẽdente illa accuſatiõe nõ eſt alius accuſator admittẽdus.ff.de accu.l.hi oẽs.§.ab alio.

15 Quod ſit apoſtata: vel filius familias: vel monachus: vt ſupra de actore diximus.

16 Quod ſit mulier que propter verecundiam accuſare non poteſt. ij.q.j.c. prohibentur. ff.de accuſa.l.qui accuſare.niſi in caſibus certis: nempe.

¶ Si exequatur mortem eorum contra quos in vita non cogitur teſtificari.

¶ In.l.cor.teſtamentaria de fal.vt in teſtamento falſo liberti paterni vel materni.ff.de accu.l.ij.C.qui accu.non poſ.l. vxor ⁊.l.ſenatus ⁊.l.de crimine.

¶ Si ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur. Et hoc eſt cōe omnibus accuſare prohibitis.

¶ In.l.iuli.de annona.ff.eo.l.militis ⁊.ff.ad.l.iul.de annon.l.fina.

¶ In.l.iul. maieſta.ff.de accuſa.l.in queſtionibꝰ. vj.q.j.c. nullus.

¶ In crimine ſuſpecto tutorum inſti.de ſuſpe. tuto.§. conſequens. ⁊.ff.eo.l.ij.

¶ In crimine ſimonie.

¶ In crimine hereſeos:extrauag.de diuor.c.de illa.

¶ In dilapidatione fortune. Uide Specu.

17 Quod ſit pupillus:vel impubes dicta.l. qui accuſare.ff. de accuſa.⁊.ij.q.j.c.prohibentur.C.de fal.mone.l.j. Niſi quando mortez patris vel aui exequitur.Et niſi in.l.corne. teſtamentaria contra teſtamentum patris:ſed hoc fit cum authoritate tutoris: ⁊ cum doli capax eſt.ff.eod.l.ij.§.fin.Et niſi forte in crinine leſe maieſtatis. Popularem autem actionem intentare non poteſt:niſi ad eū pertineat.ff.de popu.actio.l.mulieri. Uide Specu.

18 Quod ſit miles:qui propter ſacramentum non poteſt accuſare. ij.q.j.c.prohibentur ⁊.d.l.qui accuſare.niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur.C. qui accu.l. non prohibentur ⁊.l.ſi crimē. Et niſi in crimine leſe maieſtatis. C.ad. l. iul.maieſta. l. nullus qui eſt.Et niſi pro annona fraudanda. ff.de accuſa. l.mulierem. Et hoc ideo : ne a ſignis iam ſuſceptis pro republi. auocetur. Speculatorem.

19 Quod ſit magiſtratus: vt preſes prouincie iuſtitiarius vel ſeneſcallus/ vt vocant/qui habent agnitionem meri vel mixti imperij:⁊ alij de quibus in.d.l.qui accuſare. ⁊.l.hos accuſare.ff.de iniur.l.nec magiſtratibus. Hi enim maiores magiſtratus ante depoſitum officium non accuſant:niſi in caſu quo pater poteſt cuz filia inuentum occidere.ff.de adulte.l.marito.Nec conueniūtur. vt.s̄.de actore dictum eſt.

¶ Item nec legati imperatoris : vel preſidis prouincie. vide latius Speculatorem.

20 Quod ſit infamis:vt.s̄.de actore dictum.Niſi in quinq; caſibꝰ.

1 Si ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur.

2 In.l.iul. maieſta.

3 In crimine Simonie.

4 In crimine hereſeos.

5 In crimine fraudate annone.

21 Quod ſit hereticus/infidelis/iudeus/vel ſchiſmaticus.iiij.q.j.c. j.ij.q.vij.c.pagani.



22 Quod acceperit pecuniam ad accuſandum:vel non accuſandū. ff. de verborum obliga. l.generaliter.⁊.l.veluti.ff. ad legem iul. repet.l.lege iulia. Uide Specula.

23 Quod ſit ſemel calumniatus.ff.de accuſatio.l.ſi cui.§.eiſdez.iij. queſtio.v.c.ſimiliter.⁊.c.ſequenti.

24 Quod ſit repellēdus propter ſuſpitionem calumnie ſubornatus falſum teſtimonium tulit. ff.de accuſati.leg.alij. iij.queſtione.v. c.conſanguineorum. Niſi in crimine leſe maieſta.⁊ niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur.

25 Quod ſemel ab accuſatione deſtiterit:ſine abolitione.ff.ad Turpil.l.ſecunda ⁊.C.qui accu.non poſſunt.l.ſi ea.

26 Repellitur agens de adulterio : quod lenocinium exercuerit.C. de adul.l.ita.

27 Quod ſit pauper:quia nō habet.50. aureos in bonis. C.de accu. l.nonnulli.

28 Quod ſit libertus/vel filius/vel vaſallus/vel beneficiatus/vel familiaris: ⁊ qui non admittuntur contra patronos/parentes/dominos/eccleſiam/vel eos in quorum domicilijs ſunt nutriti. ff.de accuſa.hi.§.libri.⁊.C.qui accu.non poſ.l.pe.⁊ fin.

29 Quod ſit de publico crimine damnatus.

30 Quod ſit de calumnia notatus.

31 Quod fuerit miſſus in arenā cauſſa pugnādi cū beſtia dentata.

32 Quod pronuntiatus ſit aliquid feciſſe cauſſa calumnie:vel preuaricatione in publico iudicio. ff.de accuſa.l.qui iudicio.niſi ſuam ⁊.c. vt ſupra.

33 Quod ſit accuſatus de publico crimine:quare pendente accuſatione: recuſare non poteſt ſuum accuſatorem: nec alium. ff.de publico iudi.l.is qui extra de teſti.c.fi.niſi ſuam vel ſuorū ⁊c.

34 Quod ſit laicus qui non poteſt clericum accuſare.extra de accu. capitu.cum.P.

35 Quod non ſit eius ordinarius cuius eſt accuſatus : licet ſit clericus ſicut ⁊ ille:arg.ij.q.vij. cap.ipſi apoſtoli ⁊ capi.teſtes.Uide Speculatorem.

36 Quod ſit talis qui non poſſit eſſe talis vel ad ordines promoueri:vnde non poteſt accuſare.xiiij. q.j.c.ſuper prudentia.ij.q.vij. c.epiſcopi. ⁊.c.teſtes.

37 Quod ſecunduz leges repellatur:ergo ⁊ ſecundū canones. iij.q. v.c.Canonica.⁊ duobus ſequentibus capitulis.

38 Quod alias probatum ſit crimen propter quod a teſtimonio fuerit repulſus:licet nō ſit infamis.extra de ordi.cog.c.ij.in fi. extra de elect.ſuper eo.extra de teſti.c.teſtimonium.

39 Quod ſit inimicus.iij.q.v.c.ij.iij.⁊.iiij.⁊.c. omnes.extra de accu. ir.c.cum oporteat.⁊.c cum.P.

40 Quod ſit ſuſpectus male conuerſationis: ⁊ facile litigans. Uide Speculatorem.

41 Quod ſit alienigena ⁊ ignotus. iij.q.v.c. accuſatores. ⁊.c.accu-

ſationes.ꝛ.c.canonica.

42 Quod ſit homicida / fur/latro/ ſacrilegus/raptoꝛ/adulter/inceſtuoſus/venefic⁹/periurus/raptoꝛ virginū.ii.q.viij.c.quiſquis.

43 Quod ſit excommunicatus.iij.q.j.capitu.j.ꝛ.ij.extra.de excep.cap.exceptionem.

44 Quod ſit public⁹ concubinarius.extra de accu.c.cū dilectus.

45 Quod ſit abſens qui non poteſt accuſare preſentem vel contra.C.de accu.ꝛ inſcrip.l.abſentem.

46 Quod non exhibeat libellum accu.ij.q.vlt.c.j.ꝛ.c.preſcripta.§.libellorum. Nec recte concepit.

47 Quod ſit de numero perſonarū que prohibētur intentare actionem popularem.ff.de popu.actio.l.populares ꝛ.l.mulieri.ff.de accu.l.qui accuſare.C.qui accuſ.non poſ.l.j.

48 Quod ſit tutoꝛ vel curatoꝛ vel procuratoꝛ qui alieno nomine accuſare non poſſunt.ff.de publ.iud.l.pe.§.ad crimen.C.qui accu.non poſ.l.ſi.

49 Quod fuerit teſtis in alia cauſſa contra accuſatum.extrauag.de accu.c.cum.p.ꝛ.c.meminimus.

50 Et generaliter multe ſunt exceptiones cōtra actorem competētes: de quibus ſupra de actore:q̄ ille etiam competunt contra accuſatorez.Inſuper reo mortuo crimen extinguitur.C.ſi reus vel accu.mortuus fue.per totuz.Uide Specu.libro.j.par.iij.de accuſatore.§.viſo.

¶Caſus:in quibus perſone prohibite accuſare admittuntur.

1 ☞ Si ſuam vel ſuorum iniuriam proſequantur.ff.de accuſa.l.hi tamen omnes.

2 In crimine perduellionis:quod eſt ſub crimine leſe maieſta.vel forte idem.ff.ad.l.iul.maieſ.l.fi.ꝛ hoc cōmittitur in principē vel aliquem de eius latere.vel dic vt not.inſti.de hered.que ab inteſta.deferun.§.interdum.

3 In crimine hereſeos.C.de here.l.Manicheos.

4 Item ſimonie.j.q.vlti.C.de epiſcopis ꝛ cleri.lege ſi quanquam.

5 Item ſacrilegij.C.eo.l.ſicꝫ in hoc.

6 Item fraudati cenſus ſecundū quoſdam.Quod crimen cōmittitur cū poꝛtatores furātur victualia ad exercitū a republ.miſſa.

7 Item dilapidationis.ij.q.vij.c.quapropter.Sed nec in premiſſis caſibus capitales inimici admittuntur: extra de ſimo.cap.per tuas.ꝛ.c.licet.

¶De accuſato.

¶Regulariter quilibet accuſari poteſt:qui non inuenitur prohibitus.Sunt autem prohibiti accuſari qui ſequuntur.

¶Seruus non accuſatur de crimine: pro quo pecunia pena imponitur:quia propꝛium non habet.inſti.de publi.iud.§.item.l.iul.Uel pro quo imponitur pena amittende ciuitatis: quia non eſt ciuis.Inſtit.de libertinis.§.libertinorum.

¶Preſes prouincie:nec legatus prouincie: nec magiſtratus populi



Ro.ff.de accu.l.hos accuſare.

¶Papa ꝛ Imperatoꝛ:quia ſoluti ſunt legibus:extra de conceſ.prebē.c.propoſuit.C.de leg.l.digna vox eſt. Uerum hereſeos accuſatur imperatoꝛ corā papa.Item ꝛ periurij:ſacrilegij:ꝛ ab eo iudicatur: extra de re iudi.c.ad apoſtolica. Et papa de hereſi tantū accuſatur.xl.diſt.c.ſi papa.Et tunc a ſynodo vel a principe.xxiij.q.v.c.princeps. Uide Specu.

¶Maioꝛ magiſtrat⁹ nec accuſat nec accuſat.ff.de accu.l.hos accuſ.

¶Abſolutus ſemel ab eodem crimine.

¶Clericus coram ſeculari iudice de crimine canonico vel eccleſiaſtico.In authen.de manda.prin.§.ſi vero canonicum.coll.iij. Et vt cle.apud pro.epiſ.per to.

¶Minoꝛ.xiiij.annis de lapſu carnis non accuſatur:ſed de alijs ſic.ff.de adulte.l.ſi minoꝛ extra de delict.puero.c.j.ꝛ.ij.

¶Omnis qui in ius vocari non poteſt:nec accuſari poterit.

¶Qui aūt illi ſint:vide.ff.qui in ius vocari non poſ.l.j.ij.iij.iiij.ꝛ.v.

¶Non poſſunt accuſari qui numerātur.libro.ij.ff.de iudic.

¶Mortuus accuſari non poteſt.

¶Infans nec furioſus.ff.de ſicar.l.infans.C.de penis.l.impunitas.

¶Abſens non poteſt accuſari: vt.ſ.diximus:ſed vide latius Spe.lib.j.per.iij.titu.de accuſatore.

¶Coram quibus accuſatio ſit facienda.

¶Regulariter cauſſe criminales tractande ſunt coram iudicibus ordinarijs:huiuſmodi enim cauſſe non delegantur: niſi a principe.Nam quod principi placet legis habet vigorem.ff.de offic.pro con.l.nec quicquam.§.vbi decretum.ff.de reg.iur.l.omnia.ff.de officio eius cui mandata eſt iuriſdictio.libr.primo.Niſi quando preſes impeditus eſt. Quia tunc poteſt ipſe aliquem ad prouinciam ſibi decretam mittere:qui omnia poterit preter vltimuz ſupplicium ꝛ membri mutilationez. Uide Specula.lib.j.par.j.titu.de iudice delegato.§.excipi poteſt.verſicul.item eſt delegatus in cauſſa criminali.

¶Solus iudex ordinarius ſeu delegatus cauſſas criminales clericorum tractare non poteſt. Nam in cauſſa criminali epiſcopi requiruntur.xij.epiſcopi preter propꝛium metropolitanū.In cauſſa vero preſbyteri.vj.preter propꝛiuz.In cauſſa diaconi tres: preter propꝛium.xv.q.vij.c.ſi quis tumidus.

¶Uerum hic numerus hodie limitatus eſt:maxime in cauſſa hereſeos:extra de hereti.c.j.lib.vj. Uide Specula.lib.iij.parte.j.tit.de accuſa.§.quarto loco.

¶De accuſatoris contumacia.

¶Secundum Canones accuſato veniente in termino excōmunicabitur:nec prius audietur:quam doceat ſe fuiſſe iuſto impedimēto detentum:ꝛ reus eſt abſoluendus.iiij.q.vj.c.quiſquis ꝛ.xj.q.j.c.chriſtianus.Uide latius Specu.

¶Secundū leges citand⁹ eſt per tria edicta:vel per vnū perēptoriū: vt veniat ad peragendā accuſationē.Quod ſi nō veniat:punietur

extra ordinem:⁊ in omnes expenſas.C.qui accuſa.non poſ.l.qui crimen.Uide Speculato.

¶De contumacia accuſati.

¶Si ante lit.conteſta.ſit contumax:ſecundum leges bona eius annotantur ⁊ deſcribuntur de nouo citatur:preſtita cautione ab accuſatore.Sed ſi intra annum venerit ⁊ iuri paruerit:preſtita ſatiſdatione de rñdendo ea recuperat ⁊ ſuper crimine auditur.

¶Poſt annum vero omnia confiſcantur:⁊ ſi poſtea iuri pariturus venerit:auditur ſuper crimine:bona autem non recuperat.ff.de requi.reis.l.j.§.preſides.⁊.§.fin.⁊.l.fi.C.eo.l.quicunqꝫ.C.de accuſa.l.abſentem.⁊.l.qui de crimine.

¶Et ſecundum leges nunqꝫ ſuper crimine contra abſentem proceditur lite non conteſta.niſi in caſu.ſ.contra apparitores.C.de penis.l.ne diu.

¶Uerum tamen de conſuetudine in pleriſqꝫ locis abſens contumaciter pro confeſſo habetur.vide Speculato.

¶Poſt litez conteſta.Et ſi liquet de cauſſa vel liquere poteſt:nunqꝫ in maioribus criminibus proceditur contra abſentem: imo audietur quandocūqꝫ venerit.Sic intelligitur.ff.de requiren.reis.l.annus.

¶Sed in minoribus que penam relegationis vel damnum eſtimationis continent:bene proceditur contra abſentem.ff.de penis.l.abſentem.

¶Et accuſator debet eſſe preſens:quando contra reum proceditur:niſi in caſu.C.de adulte.l.qꝫuis.vide Spe.lib.iij.par.j.titu.de cōtumacia accuſati.

¶Uerūz ſecundū canones:ſi nō liquet de cā:poſt lit.conte.nec liquere poteſt vel lis non eſt cōteſtata:excōicatur iiij.q.vj.c.quiſquis.

¶Et ſi intra annū venerit:abſoluitur ⁊ auditur ſuper crimine illo.Poſt annū vero ſuper crimine non audietur:nam intelligitur iuris pſumptiōe ꝯfeſſus.vt in.c.rurſus.⁊.c.quicūqꝫ.extra de pſump.

¶Et poſt annum huiuſmodi excommunicationis ſententia poteſt aggrauari:vt procedatur ad ſuſpenſionem:vel perpetuam priuationem officij:⁊ beneficij.

¶Si autem lis eſt cōteſtata:poſſunt teſtes recipi contra eū Et ſi de cauſſa liquet:ſententia diffinitiua proferri poteſt.Uide latius.

¶Spe.loco iam allegato.

¶De denuntiatione.

PLerunqꝫ quorundam crimina ſuperioribus denuntiantur.lxxxvj.diſt.c.ſi quid vero.⁊ ſecunda queſtione prima capitulo deus.Quare de ea nunc non abs re dicere decreuimus.

¶Ordo tractandorum.

1 ☞ Quid ſit denuntiatio:⁊ quotuplex.

2 Quis poſſit denuntiare:⁊ contra quē denuntiatorem excipiatur.



3 Qualiter in denuntiatione procedatur.

¶Quid ſit denuntiatio.

¶Denuntiatio eſt alicuius crimē ad ſuperiorē nuntiare.Ita quod propoſitio de augeat:quandoquidem hec propoſitio de auget poſitū.ff.de poſ.l.j.licet ſola denuntiatio qꝫtuz ad crimina ſufficiat.C.de accuſ.l.ea que extra de colluſ.c.crimina.ff.ad turpil.l.ab accuſatione.§.nuntiatores.

¶Hoſti.vero ſic definit.Denuntiatio eſt criminis alicuius apud iudicem ſine inſcriptione legitime facta delatio ad penitentiaz per agendam vel aliam legitimam penam imponendam:vel etiam ad vtrunqꝫ ⁊c.

¶Denuntiatio Euangelica.

¶Eſt:que tantū ad penitentiā fit:⁊ locuz habet in peccato occulto:ſed non omnino occulto:quodqꝫ pbari poteſt.Cum omnino occulta ſoli deo reſeruētur.Ad hanc tenetur prelatus:⁊ quilibet:qꝫtumcūqꝫ infamis:admittitur.ij.q.j.c.ſi peccauerit:extra de teſti.ca.in omni.⁊.c.nouit.de iudi.

¶Denuntiatio iudicialis duplex.

¶Publica dicitur illa:que officio cōpetit:in qua nec monitio requiritur:de qua in.c.romana.c.ſane.de cenſibus ⁊ exactio.lib.vj.C.de accuſa.l.ea quidem.xxxv.q.vj.c.epiſcopus in ſynodo.Et ad hanc denuntiationem epiſcopus inquirere tenetur:⁊ eo negligēte archiepiſcopus.

¶Priuata poteſt dici illa: que ratione intereſſe competit : vt ſi quis tibi iniurietur:vel rem tuā auferat.

¶Et in hac ſi in foro ciuili fiat: nō requiritur monitionis probatio.

¶Et habet locū:cū quod preſſus nequit agere:puta quia eſt ſeruus vel alterius poteſtati ſubditus:vt libertus:vel filius:vel vxor.Et in his que ſpectant ad forū venale ⁊ ruſticū oppreſſis a dominis.ff.de offi.prefec.vrb.lib.§.quod autem.⁊.§.cum patronus.⁊.§.cuz carni.⁊ ſequen.Et idem in omnibus pauperibus expreſſis.Et generaliter in omnibus criminibus.

¶Si vero hec denūtiatio fiat in foro canonico:requiritur trina monitio.xij.q.ij.ij.c.indigne.Expeditur tū de plano ſine libello.

¶Denuntiatio Canonica duplex.

¶Specialis:⁊ competit illi cuius intereſt bonum habere prelatum vel bonum ſubditum eccleſiaſticum.

¶Et fit hec vt quis a beneficio remoueatur.xvj.qō.vlti.c.filijs.Et in hac requiritur triplex monitio:nec ad eam admittitur qui ab accuſatione repellitur:extra de accuſa.c.cū oporteat.⁊.c.cum dilectus.extra de ſimo.c.lz heli.⁊.c.per tuas.Quia hec accſationi equi paratur extra de appel.c.conſtitutus.§.fi.

¶Generalis:que ⁊ publica dici pōt:cū agitur de matrimonio impediendo vel diſſoluendo:vel cuz agitur de peccato in iudicio eccleſiaſtico corrigendo:in quo aliquod priuatum non introcluditur intereſſe.

¶Ad hāc admittitur qui ab accuſatiōe repellit:nec in ea requiritur.

trina monitio: extra de deſpon. impu. c. ad diſſoluendum. de ſponſa. c. preterea. ⁊ de clande. deſponſa. c. fi. Quam etiã ſi denuntiãs nolit proſequi Iudex officio ſuo proſequatur: extra de ſponſa. c. cum in tua. de iureiur. c. ad noſtram.

¶ Eſt ⁊ alia denuntiatio: que regularis dicitur. Et eſt proclamatio in capitulo ad correctionem exceſſus facta.

¶ Quis poſſit denuntiare: ⁊ que contra denuntiatorem opponi poſſint.

¶ Omnis: qui bone vite: fame ⁊ ↄuerſatiõis eſt: ⁊ qui ad hoc ex charitate procedit: ⁊ qui non ex odij fomite denuntiat: extra de accuſa. c. repellantur. ⁊ c. qualiter. xxij. q. i. c. ſi peccauerit.

¶ Et poteſt quis denuntiare per procuratorez ⁊ denuntiationẽ proſequi: argumen. extra de preſump. c. cum in iuuentute. verſicu. licet igitur. ⁊ extra de teſt. c. ex parte A.

¶ Exceptiones contra denuntiatorem.

1 ☞ Quod ſit criminoſus ⁊ excommunicatus: ⁊ quod ꝓcedit ex fomite odij: extra de accuſat. c. qualiter.
2 Quod non charitatiue premonuerit. Quod intellige in denuntiatione euangelica ⁊ iudiciali priuata: ⁊ canonica ſpeciali: extra de accu. c. ij. ⁊ . i. q. vij. c. accuſatio: extra de ſimo. c. licet. prope princi. ff. de adult. l. denuntiaſſe.

¶ Fallit tamen ſecundum Spec. vbi crimen ſimo. denuntiatur: tũc enim non eſt neceſſaria monitio.

¶ Quod autẽ monitio debeat denuntiationem precedere vult Chriſtus Matth. viij. Luce. xvij. ⁊ Apoſtolus. ij. ad Corinth. xiij. Uide latius Spec.

3 Quod denũtians fuerit accuſando calumniatus. extra de accu. c. veniens. vide ibi Io. and.
4 Quod denuntians ipſe eodem laboret vitio quo aliũ denuntiat: quandoquidem nil Clodius mecho: nil Catelina Cethego. iij. qõ. vij. c. infames. c. item teſtatur.

¶ Et ſaluator noſter dicit Matth. vij. feſtucam in oculo alterius vides: ⁊ trabem ⁊c. extra de accu. c. cum dilectus. ⁊ c. inquiſitionis.

¶ Uerum in cauſſa matrimoniali ſuper conſanguinitate poſſunt infames denuntiare. Uide Specu.

¶ Qualiter in denuntiatione procedatur.

¶ Superior cui fit denuntiatio alicuius: rogare debet ex denuntiatore: an velit accuſare. ⁊ ſi reſponderit quod ſic iubeat eum inſcribere ⁊ offerre libellũ: aliaqꝫ faciat que ad accuſationem (de qua ſ.) ſpectant.

¶ Si vero reſpõderit. Uolo vt inquirat reſpondebit ſuperior quod inquirendum minime ſit: quando nõ preceſſit frequens ⁊ clamoſa inſinuatio: vt. i. de inſinuatione patebit.

¶ Si vero dixerit: tãtummodo eũ tibi denuntio: vt ſaltẽ ei ſcribas: quod ſe emendet: alioquin ſcribas alicui qui eum corrigere debeat. Ad ſolam enim correctionem agitur: cum per moduz inquiſitionis proceditur: extra de accu. c. ſuper his. ⁊ c. qualiter.



¶ Formam denuntiationis habes apud Spec. lib. iiij. parte. iiij. de accu. ⁊ inquiſi. ⁊ enun.

¶ Ueruntamen in denuntiatione quia de plano expeditur non eſt neceſſarius libellus: extra de iudi. c. nouit. circa finem. Item ſecũdum leges iudex ad ſolam denuntiationem non inſtituta accuſatione ꝓcedit. C. de accu. l. ea quidẽ. ⁊ C. de cuſto. reo. l. in quacũqꝫ. in prin. ⁊ C. de mulie. que ſer. propri. l. i. ⁊ C. de ſepul. vio. l. antepe.

¶ Annotatio.

¶ Nota: quod licet proceſſus ſit ceptus per modum denuntiatiõis: ſi tamen aliqua difficultas ingeratur: tranſitur ad modum inquiſitionis: nec punietur denuntiator: cũ non ſua voluntate deſiſtat: extra de ſimo. c. licet heli. §. cũ igitur ibi nondum. Qui alias puniretur de calumnia niſi ſe purgaret.

¶ De inquiſitione.

Quia ſepe ex denuntiatione tranſitur ad inquiſitionem: etiam ſecundum leges: vt. i. dicetur. Ideo nunc recte de inquiſitione ſequitur.

¶ Ordo dicendorum.

1 ☞ Quid ſit inquiſitio ⁊ quotuplex.
2 Qualiter inquiſitio impugnetur.
3 Quando ad inquiſitionem ſit procedendum.
4 Qualiter in inquiſitione ſit procedendum.
5 Que pena per inquiſitionem probato crimine imponatur.
6 De expenſis accuſantibus ſeu denuntiantibus concedendis.

¶ Quid ⁊ quotuplex ſit inquiſitio.

¶ Inquiſitio eſt alicuius criminis per ſuperiorez reſpectu inferiorũ ſuorum inueſtigatio. Et regulariter non eſt facienda inquiſitio niſi fama precedat a fide dignis perſonis. Et hoc non ſemel ſed ſepius. c. qualiter. c. cum oporteat. extra de accu. ⁊ inquiſi.

¶ Inquiſitio triplex.

¶ Generalis ſimpliciter. i. quantum ad perſonas ⁊ delicta: vt cum preſes inquirit an ſint homines facinoroſi: de qua in. l. congruit. ff. de offi. preſi.

¶ Specialis ſimpliciter. i. quãtum ad perſonas ⁊ delicta: vt cum de certo ⁊ limitato delicto cõtra certam ⁊ limitatam perſonam: preſes vel prelatus inquirit: de qua. C. de accu. l. ea quidem.

¶ Generalis ſimul ⁊ ſpecialis: ſiue ſit generalis quo ad perſonas: et quo ad delicta ſpecialis: vt cuz preſes inquirit contra eos qui Titium occiderunt. Siue contra ſit generalis quo ad delicta: ⁊ quo ad perſonas ſpecialis: vt cuz poteſtas vel alius punitur ad Syndicum.

¶ Uerum ſecundum Panormitanum in. c. qualiter ⁊ quãdo. extra de accuſa. alia datur diſtinctio. Nam alia eſt generaliſſima: qua inquiritur ſuper ſtatu alicuius ciuitatis vel caſtri: vel loci. Tertia dicitur ſpecialis: qua inquiritur ↄtra certam perſonã: ſiue ad 2

imponendam penam: ſiue ad peccatū euitādū ex debito officij.

¶Qualiter inquiſitio impugnetur.

¶Quod non ſit denūtiatus: nec de obiectis criminibus infamatus. Non enim poteſt ad inquiſitionem procedi: niſi preceſſerit fama: extra de accu. c. qualiter ⁊ quando.

¶Quod prelatus non habeat denuntiantem: ſub ſua iuriſdictione extra de accu. capit. cum oporteat. ⁊ capit. qualiter ⁊ quando. ⁊ capit. ſuper his.

¶Quod crimina ſuper quibꝰ inquiritur: ſunt leuia ⁊ diſſimulāda. Non enim inquirendum eſt niſi de maioribꝰ: puta de homicidio: ſimonia/adulterio/fornicatione/piurio/inceſtu/ ⁊ ſimilibꝰ. extra de accu. c. inquiſitionis. de re iud. c. cum I. ⁊ A. ff. de accu. l. leuia.

¶Quod tantum ſemel: ⁊ non ſepe: vel frequenter prelatus inquirēs audierit de illo crimine de quo inquirit. d. c. qualiter ⁊ quādo. de accu. Et de ſimo. c. licet heli. ver. cōtra quos. Sed qualiter accipiatur hoc verbum ſepe. Uide apud Speculatorem.

¶Quod alias fuerit contra ſe ſuper hoc inquiſitum: ⁊ quod tunc fuerit ſententialiter abſolutus.

¶Quod volēs inquirere non ſit talis qui ex ſua iuriſdictione poſſit inquirere. Poſſunt autē papa ⁊ imperator inquirere per ſuos legatos ſeu delegatos. Epiſcopi in ſuis dioceſibꝰ. Metropolitanꝰ in ſua prouincia in caſibus qui notātur extra de offi. ordi. c. paſtoralis. Preſes prouincie ⁊ quicunqꝫ habet cognitionem cauſſe criminalis: hoc eſt merum imperium. Hec probantur. ff. de queſtio. l. prima. §. ſi quis vltro. de accuſati. c. cum dilectus ⁊. c. ſicut olim. ⁊. c. qualiter ſecundo. Et vt paucis dicam: quicunqꝫ poteſt corrigere ⁊ punire: poteſt ⁊ inquirere. Uide Speculatorem.

¶Quod denegetur reſcripti copia vigore cuius quis vult inquirere: extra de officio delegati. c. cum in iure.

¶Quod inquiſitor ſit criminoſus. ij. q. vij. c. iudicet. Uerū intellige quod quādiu ordinarius ab eccleſia toleratur: nullus ſubditorum poteſt eius iudicium ratione criminis declinare: extra de cohabi. cleri. ⁊ mulie. c. veſtra. de cleri. excom. c. fin.

¶Quod is contra quē inquiritur non ſit infamatus ſuper hoc crimine: quare nō poteſt contra eum inquiri. Debet enim eius fama prius fuiſſe leſa apud bonos ⁊ graues viros. Uide Spe.

¶Quod ſit certa ratione ſuſpectus: extra de accu. c. ad petitionē. ⁊. c. qualiter. ij. ver. ſed cum ſuper. Quod autē hoc in caſu cauſſa ſuſpitionis proponenda ſit: ⁊ qualiter arbitri eligendi: vide latiſſime. hic apud Speculatorem.

¶Quod teſtes qui adducuntur non poſſint eſſe teſtes. Uide. ſ. de teſti. formam huius oppoſitionis: ⁊ quomodo iudici ſit offerenda. Uide apud Specu.

¶Quod inquiſitor ſit inimicus vel quod cum inimicis moretur. ca. cum oporteat. de accuſatio. Uel quod ſit publicus concubinarius. eodē titu. capit. cum dilectus. Uide plenius de hac re apud Spe. lib. iij. parte. j. titu. de inquiſi.



¶Adnotationes.

1 ☞Cum inquiritur ſuper ſtatu eccleſie in capite: ⁊ in membris: qualeſcunqꝫ teſtes de ipſa eccleſia admittuntur. Quia illi melius nouerunt veritatem: extra de teſt. cap. veniens. ij.

2 Cum inquiritur de crimine ſimonie vel excepto: de quo. j. ſuo loco: etiam viles teſtes recipiūtur: tñ diſtinctione: que eſt extra de ſimonia. c. per tuas. in alijs autem honeſti tantum recipiuntur.

3 Inquiſitio differt ab alijs iudicijs: quia in ea fama habetur loco accuſatoris: extra de accuſa. c. qualiter. ij. ⁊ de ſimo. c. licet heli. in alijs autem nullus regulariter damnatur ſine accuſatore: extra de eccle. benefi. c. vnico. Et in ea teſtes recipiuntur lite non conteſtata: quod non eſt in alijs regulariter: extra vt lit. non conteſta. cap. quoniam. §. ſunt ⁊ alij. Uide Spec.

¶Quando ad inquiſitionem ſit procedendum.

1 ☞Si dicatur dominꝰ a familia occiſus: ⁊ cōſtet eū occiſum quocunqꝫ modo. Preſes enim prouincie tunc procedet ad inquiſitionem. Quia ſumit queſtionem a familia: ⁊ torquebit: vt ſciat occiſorem.

¶Si autem veneno dicatur extinctus: licet non fiat inquiſitio per. S. C. Sylla. fit tamē inquiſitio per legem latorem. Ulpia. ⁊. ff. ad S. C. Syl. l. §. occiſorum.

2 Si accuſator pecunia corruptus a reo abolitionem petijſſe dicatur: iudex de hoc inquiret per ſe: ⁊ ſi ſic inuenerit puniet competenter. C. de abolitio. l. abolitio.

3 Preſes ex officio ſuo inquiret malos: ⁊ eos de ſua prouincia expellet. Item ſacrilegos/latrones/plagiarios/fures ⁊ receptores eorum: ⁊ in eos animaduertet: prout quiſquis deliquerit. ff. de offic. preſi. l. congruit. ⁊. l. iij. extra de offi. ordi. cap. j.

4 Si quis in eccleſias irruat: ⁊ perſonis eccleſiaſticis in ipſo loco cultuqꝫ aliqd iniurie irroget: ſine accuſatore inquiret ⁊ puniet. C. de epiſco. ⁊ cle. l. ſi quis in hoc genus. ij. q. j. c. imprimis.

5 Si heres de hereditate aliquid ſubſtraxerit. C. de iure deleg. le. ſancimus. §. licentia.

6 Si nauis ſit obruta vel ſubmerſa: triū nautarū queſtione habita ſolers inquiſitor inuenerit veritatē: que ſi naturali forte defuerit: in alios inquiſitio trāſferatur. C. de naufra. l. quoties. li. x.

7 Fit inquiſitio in maleficijs: quando vnus ex malefactoribꝰ confitetur: ſe ſocios habuiſſe. Illi enim de ſe confeſſo non creditur contra alios. C. de accuſa. l. ſi. extra. de confeſ. c. j. vnde inquiretur de ſocijs. ff. de queſti. l. j. §. ſi quis vltro.

8 In crimine lenocinij. ff. de adul. l. ij. §. ſi publico.

9 In crimine ſuſpecti tutoris. ff. de ſuſpe. tuto. l. iij. §. preterea.

10 Quando quis ſuſpectis vtitur inſtrumētis. C. de proba. l. iubemus. vel falcis teſtibus. C. de teſtibus. lege nullum.

11 In notorio crimine. C. de accu. l. eam que.

12 In crimine hereſeos ⁊ apoſtaſie. C. de apoſta. l. apoſtatarum. C. de iude. l. nemo.

13 In crimine leſe maieſtatis.C.ad.l.iul.maieſta.l.ij.⁊.iij.

14 De calumnia iudex cognoſcit: ⁊ calumniantem tempore ſcientie punit.C.de calumnia.l.j.ff.ad turpil.l.j.§.primo.

15 In caſibus: in quibus ſine accuſatore quis condemnatur: qui not.extra de eccle.benefi.cap.vnico.

16 De iuribus principis inquirendo poteſt cognoſci.C.lib.x.de bo.vacan.l.j.⁊ penul.

17 In inquiſitione iurium eccleſiaſticorum Papa quandoque procedit inquirendo: ſed hoc ſpecialiter facit. Super iuribus vero ſingularium perſonarum non eſt procedendum inquirendo: ſed actionibus intentatis.

18 Epiſcopus bene poteſt inquirere contra ſuſpectū de vſura ⁊ de conſanguinitate inter cōiuges: ⁊ de alio impedimēto matrimonij.Uide de his: vt not.extra de iureiur.c.ad noſtram.⁊c.

¶Et hoc ſecundum leges.que ſemiplene de inquiſitione tractant. Sed ſecundum.cc. clarius patet forma ⁊ natura inquiſitionis: ⁊ quādo: ⁊ qualiter in ea procedatur vt patet extra de accuſ.c.qualiter.ij.vſq; ad.§.debet. ⁊ in.c.inquiſitionis.

¶Annotationes.

1 Aduertendum: quod ſuperior ad inquiſitionē procedet: cum clamor validus ad eum peruenit a perſonis honeſtis: ⁊ non ſuſpectis vel maleuolis: quod ſubditus deliquerit.

¶Et non ſufficit ſemel perueniſſe: ſed ſepius: ita quod amplius a prelato ſine ſcandalo tolerari non poſſit.Et ex hoc reus eſt infamatus apud bonos ⁊ graues.ij.q.j.c.Deus omnipotens ibi deſcendam: inquit: ⁊ videbo. Si autem infamia non precedit: non inquiret. Uide Specu.

2 Licet autem nō debeat regulariter ad inquiſitionē ordinariam procedi: niſi infamia precedente: vt iam dictū: tamē cum epiſcopus vel archidiacon⁹ viſitat: licet nulla infamia precesserit: bene poteſt gradatim ⁊ ſummarie inquirere ſine iudiciali ſtrepitu: de vita ⁊ moribus clericorum: vt eos corrigat: extra de cenſi.c.romana.§.ſane.x.q.j.cap.placuit.

¶Qualiter in inquiſitione ſit procedendum.

¶Uolēs inquirere in quocunq; de premiſſis caſibus debet perſonaliter ad locū accedere: vbi inquiſitio: fieri debet: ſiue ſit ordinarius: ſiue delegat⁹: ⁊ loca ⁊ perſonas ſubijcere oculis.ff.ſi.regūd.l.ſi irruptione.⁊ extra de accuſatio.c.cum dilectus.⁊ cap.qualiter.⁊ prop.princip.⁊.c.ſi.⁊.ij.queſtio.j.c.deus ibi: Deſcendam: inquit: ⁊c.de reſcriptis.c.cum dilecta.

¶Nuſquam enim melius inquiri poteſt: quam in loco vbi infamatus degit: quod ibi inſtructio melius fieri potuit.C.vbi de cri.agi opor.l.ſecunda.

¶Quod ſi autem cōmode ad locum accedere nequeat: vocet ad ſe infamatum ad aliquem locum idoneum ⁊ ſecurum: extra de appella.c.ex parte.⁊ vt lit.non conteſta.c.accedens.⁊ vide.c.ſtatuimus.l.de offic.delega.lib.vj.



¶Cum autem inquiſitor ad locum venerit: diſtingue: vt iam ſequitur: Quia inquiſitio fieri poteſt dupliciter: nempe aut aliquo proſequente: aut ex officio fama quaſi deferente.

¶Inquiſitor duplici modo procedit.

¶Aut aliquo impetrante ⁊ proſequente inquiſitionē: extra de re iudi.c.cum J.⁊ A.de ſimo.c.licet heli.⁊ de accu.c.cum oporteat.

¶Et hoc modo iterum diſtingue: quia aut inquiritur ſuper ſtatu monaſterij ſeu eccleſie: tam in capite quam in membris dicto.c.cum J.⁊ A.⁊ de accuſatio.ca.qualiter.aut ſuper exceſſibus ſingularis perſone.d.c.licet.

¶Si ſuper ſtatu eccleſie: tūc citabitur tam is qui proſequitur: quā ij contra quos inquiritur: puta abbas: vel epiſcopus: ſiue monaſterium: vel eccleſia de cuius ſtatu queritur: ⁊ clerici ſeu monachi ipſius monaſterij: vel eccleſie infamate: ⁊ partibus preſentibus proponet is qui proſequitur ſeu proſequi impetrauit qualiter monaſterium eſt infamatum ſuper talibus criminibus apud bonos ⁊ graues.

¶Et hec infamia ad ſuperiorem frequentibus peruenit clamorib⁹ quare ipſis inquiſitoribus per eum inquiſitio eſt commiſſa.Unde ſupplicet: quod in ipſa inquiſitione procedant via regia: ſolū deum habentes pre oculis: ⁊ ſine perſonarum acceptione: iuxta traditam eis formam.

¶Uel ſi eſt ordinarius dicat: iuxta formaȝ iuris extra de reſcrip.c.cū dilecta.extra de accu.c.qualiter.Et legat literas cōmiſſionis.

¶Uel ſi inquiſitor ſit ordinarius: crimina coram eo verbo proponat: vel det libellum: in quo premiſſa proponat.

¶Uide Speculatorem quomodo vlterius ſit procedendum.

¶Si autem inquirat ſuper exceſſibus alicuius perſone ſingularis aliquo inquiſitionem proſequente: cuius nomen eſt reſcripto inſertum: tunc bene citabitur is contra quem debet inquiri.Uide latius Speculatorem.

¶Aut ex officio: cuȝ prelatus frequentibus excitatus clamoribus: deſcendit ad inquirenduȝ de exceſſibus ſubditi: quos nequit vlterius ſine ſcādalo diſſimulare: extra de accu.c.qualiter.ij.⁊ de ſimo.c.licet heli.⁊ de colluſio.detegen.c.intantum.ij.queſtione.j.c.deus omnipotens.

¶Tunc epiſcopus vel ſuperior prefiget terminum volenti accuſare.Et ſi quis apparuerit legitimus accuſator illuȝ audiat: ⁊ procedat prout dictum eſt.ſ.de accu.Hec probantur extra de accu.c.accedens: extra de purga.ca.c.ex tuarum.

¶Poteſt etiam tunc ſi velit: purgationem indicere: in qua etiam ſi defecerit punitur.d.c.cum accedens.

¶Quod ſi nullus appareat accuſator: vel appareat.ſed repellitur obiectu exceptionis alicuius.vt.ſ.de except.contra accuſatoreȝ dictum eſt: tunc epiſcopus vocatis eccleſie ſue canonicis ad inquiſitionem ſub forma quam habes apud Specu.lib.iij.par.j.titu.de inquiſi.procedit.

¶Aduerte tamen hic:quod ſi contra abbatem aliquẽ inquiratur. alij abbates illius diocesis vocentur.xviij.q.ij.c.ſi quis abbas.

¶Vide latiſſime hic Spe.qui pulchre inſtruit inquiſitores quo pacto ſe habere debeant.

¶Annotationes.

1 ☞Js contra quem inquiritur:debet eſſe preſens:niſi ſe contumaciter abſentet.

¶Et exponenda ſunt capitula illa de quibus fuerit inquirendum: vt facultatem habeat defendendi ſeipſum.

¶Et non ſolum dicta:ſed etiam nomina ipſa teſtium ſunt ei publicanda:vt appareat ei quid ⁊ a quo ſit dictũ necnon exceptiones ⁊ replicationes legitime admittende:ne per ſuppreſſionez nominum infamandi:per exceptionum vero.excluſionem deponendi falſum:audacia prebeatur.

¶Hec probantur de accu.c.qualiter.ſecundo.§.debet aũt.⁊.c.olim.

2 Preterea ſciendum quod licet vbi quis promouet inquiſitionẽ: ⁊ reus ſe negat infamatum:non debet iudex procedere in inquiſitione:niſi promotor infamiam probet.

¶Secus tamen eſt cum prelatus ex officio ſuo procedit.vide Spe.

3 Jn ſumma notanduz quod vbi agitur de confirmatione epiſcopi:Superior ex officio ſuo etiam nulla infamia precedente vel denuntiatione inquirere debet de meritis electe pſone:de ſtudijs eligentium:de forma electionis:vt extra de elect.c.ſcriptum eſt.⁊ c.poſtquam.⁊.c.cum nobis.⁊.c.nihil.§.ceterum.

¶Jdem in ordinatione epiſcopi:⁊ cuiuſlibet clerici.lxxv.diſtinctione.ca.ordinationes.j.ij.et.iij.Jdem in conſecratione epiſcopi. Jdem in tranſactione ſeu poſtulatione Vide latius Specu.hec pulchre probantem.

¶Que pena per inquiſitionem probato crimine imponatur.

¶Ex ordine reſtat videre qualiter crimen per moduz inquiſitionis probatum puniatur:⁊ inde captata occaſione de alijs etiaz modis tractabimus.

¶Quoniam ſecundum modum petitionis debet ſententia et pena formari.extra de accuſ.c.qualiter.ij.et de ſimo.c.licet heli.verſi. non tanquam.

¶Si per modum accuſationis agatur:crimine probato deponetur ſeu degradabitur:ſeu decapitabitur:vel alias ſecundum normã propoſite actionis punietur.d.c.qualiter.§.verum ita.⁊ extra de ſimo.c.licet heli.⁊.c.per tuas.in fi.

¶Si per modum denuntiationis penitentia imponetur ſi ad hoc fiat.Jdem etiam ſi ſimpliciter:vt.ij.q.j.ca.ſi peccauerit.et extra de iudi.c.nouit.extra de iureiur.c.quemadmodum.in fi.

¶Vbi vero ſit ad penam imponendam:tunc idem dicendum quod in inquiſitione:argu.extra de dolo ⁊ contu.c.veritate.

¶Si per modum inquiſitionis:remouebitur ab adminiſtratione. d.c.dilectus.⁊.c.per tuas.in fi.⁊ de accuſ.c.ad petitionem.





¶Cum ergo in inquiſitione ex officio proceditur:ſed nil probatum fuerit abſolui debet.Et ſi infamia perduret poterit indici purgatio infamato ſecundum qualitatem perſone ⁊ infamie quantitatem ⁊c.

¶Si vero fuerit probatum:ſi prelatus eſt remouebitur ab adminiſtratione.Sicut villicus a villicatione Luce.xvj.remot⁹ legitur.

¶Minores vero et non habentes adminiſtrationem:priuabuntur officio ⁊ beneficio.d.c.qualiter.⁊.c.dilectus.

¶Vel melius punientur iudicis arbitrio:ſecundum perſone conditionem ⁊ criminis qualitatem ⁊ alijs conſideratis.lxxxvij.diſt.c. ſi quid.extra de ſimo.c.licet.ver.diſcedam.

¶Niſi tale ſit crimen:quod etiam poſt peractam penitentiam impediat ordinis executionem:vt homicidium ſimonia:et ſimiliar extra de accu.c.inquiſitionis.quibus caſibus deponitur ac ſi p modum accuſationis fuiſſet proceſſum.d.c.inquiſitionis.

¶Poteſt tamen ⁊ aliter diſtingui.Nam aut conuincitur quis de crimine per inquiſitionẽ que fit ex officio:⁊ tũc fit pene remotio ab adminiſtratione:vt patet ſupra in villico.Aut per inquiſitionez factam aliquo denuntiante:⁊ tunc imponatur pena iuxta petitionem denuntiantis:dicto cap.qualiter.ſecundo in fine.

¶Niſi ſit tale crimen quod ⁊ poſt peractã penitentiã impediat executionem officij:quia tunc debet deponi:licet a denũtiatore ſolum fuerit petitum:vt ab adminiſtratione remoueatur:vt.ſ.

¶Conſiderandum tamen eſt vtrum denuntiatio ſit euãgelica:an canonica:an iudicialis:vt.ſ.

¶Jn ſimplicibus vero clericis debet pena imponi iudicis arbitrio niſi pena ſit expreſſa in iure:quia tũc illa imponetur:vt extra de offi.deleg.c.de cauſſis.⁊ de elect.c.per inquiſitionem.

¶De pena autem regularium habes extra de ſimo.c.dilectus.⁊.c. quoniam ſymoniaca.Vide plenius Speculatorem.

¶De expenſis accuſantibus ſeu denuntiantibus dandis.

¶Monacho abbatem accuſanti:debet abbas in expenſis moderatis et neceſſarijs prouidere:cum proprium non habeat:extra de accuſ.c.ex parte.Jdem ſi inquiſitionem proſequitur.extra de accuſationibus.c.ex parte.§.fi.

¶Clerico ſeculari denuntianti vel proſequenti inquiſitionem contra prelatum vel alias ſi agit vtilitatez eccleſie prouideri debet de expenſis ab eccleſia:extra de procu.c.cum procurator.ff.quod cuiuſqꝫ vni.no.l.ſic municipij.reſpon.j.

¶Si vero prelatum accuſat:tunc non:Nam illaudabilis intentionis genus arripuit.ij.queſtione.vij.c.ſi quis epiſcopus.

¶Porro cum inquiritur ſuper ſtatu eccleſie tam in capite quam in membris:is qui eam proſequitur negotium agit eccleſie:et ideo ſiue ſit monachus:proprium non habens:ſiue clericus ſecularis proprium habens:habebit expenſas ab eccleſia.extra de accuſ. capi.ex parte.in fine.

¶Et qui hanc negligit: crudelis eſt. xij. queſtio. j. c. nolo. Unde apoſtolus. Expedit (inquit) magis mori: quam vt gloriã meam quis euacuet. xiij. q. iij. c. non ſunt audiendi.

¶Et habet locum hec deſcriptio in bona fama: plerunq; tamen ſumitur etiã fama pro infamia. Unde põt aliter deſcribi: vt vtrunq; comprehendat: nempe. Fama eſt vehemẽs vulgi ſeu maioris partis eius opinio: rei de qua queritur: conſentiens.

¶Et procedit fama quandoq; ex ſcientia: quandoq; ex ſuſpitione: quandoq; ex certo: quandoq; ex incerto authore: ⁊ quandoq; ex dicto vnius: extra de preſum. c. cum in iuuentute.

¶Proprie tamen fama ex incerto authore procedit: ⁊ ex ſola ſuſpitione: ⁊ in hoc differt a manifeſto.

¶Et per ſe fama non probat: ſicut nec ſuſpitio. ij. queſti. j. c. nomẽ.

¶Si concurrat cū vno teſte: bene probat: argu. extra de probatio. c. ſicut. C. de rebus credi. l. in bone. Uide latius Spe.

¶Rumor eſt peculiaris aſſertio ex incerto authore: ⁊ ſola ſuſpitiõe proueniens: extra de eo qui cogn. cõſang. vxo. ſue. c. ſuper eo. Et minus probat quam fama.

¶Nam fama eſt communis vicinie acclamatio. Rumor eſt: cū pauci aliquid: non tamen publice dicunt.

¶Manifeſtū eſt publica ſeu famoſa proclamatio ex certa ſcientia ⁊ a certis authoribus proueniens.

¶Et poteſt manifeſtũ probari per multos authores: non tamẽ per tot. vt fiat notorium. Uide plenius Specu.

¶Occultũ omnino eſt quod nulla poteſt ratione probari: extra de eccleſ. benefi. c. vt noſtrum. Occulta enim ſoli deo reſeruãtur. ij. queſtio. v. c. conſuluiſti. verſi. ſpontanea.

¶Pene occultū dicitur: quod per paucos probari poteſt: ⁊ ideo dicitur pene: id eſt: quaſi occultũ: quia id pauci ſciunt: puta duo vel tres: ita tamen quod probari poſſit: vel etiam quinq;.

¶Nam ſecretum dicitur quod fit in preſentia quinq;: de peni. diſt. j. §. hec ergo ſecreta. ver. non ſunt.

¶Notorium triplex eſt.

1 ☞ Preſumptionis: ⁊ eſt iuris euidentia vehemẽter preſumpta: vt paternitas ⁊ filiatio.

¶Unde ſi vir ⁊ vxor aliquem infantem nutriunt vt filium ⁊ vocant eum filium: preſumitur eorum filius eſſe: extra de probatio. c. per tuas. ⁊ qui filij ſint legiti. c. tranſmiſ.

2 Juris: ⁊ eſt de quo quis cõdemnatur: vel iure confeſſus eſt. ff. de ſtatu homi. l. ingenium. extra de verb. ſig. c. cum olim.

¶Dummodo confitens in confeſſione perſeuerer: aliter non. ff. de queſtio. l. j. §. queſtio.

3 Facti: ⁊ eſt illud crimen in quo fama publica ſuum prebet adminiculum: ⁊ ipſa rei euidentia proteſtatur: ita ſe exhibens omniū hominum vel maioris partis alicuius loci conſpectui: vt nulla poſſit tergiuerſatione celari. extra de cohabi. cleri. ⁊ mul. capitua ⁊. c. veſtra. ⁊. c. fina.



¶Et hoc notorium tribus modis cõprehẽditur. ſ. ex qualitate loci: quia fit in loco publico. Ex multitudine preſentium. Et ex temporis qualitate: quia fit in die ⁊c.

¶Uide latius Speculatorem. lib. iij. par. j. titu. de noto. crimi.

## ¶De abolitione ⁊ purgatione.

VIſo de criminibus qualiter ⁊ quibus modis de eis agatur: recte, reſtat videre qualiter ipſa aboleantur ⁊ purgẽtur. Et primo de abolitione ⁊ poſtea de purgatione.

### ¶Quid ſit abolitio: ⁊ quotuplex.

¶Abolitio eſt actiõis inſtitute peremptio vel abſolutio.

¶Et fit tribus modis.

¶Primo per principem ſponte ſua: ⁊ dicitur generalis.

¶Secundo ꝑ accuſatorẽ poſtulantẽ: ⁊ dicitur priuata ſeu ſpecialis.

¶Tertio per mortem accuſatoris vel accuſati vel biennio tranſacti ſine culpa accuſatoris: ⁊ dicitur legalis.

¶De quo. ff. ad. S. C. Turpil. ⁊ de aboli. l. ad priuatim. ⁊. C. ſi reus vel accuſa. mor. fue. l. ij. ⁊. l. defunctus. Sed nunc de his ſpecialius dicamus.

### ¶Abolitio triplex.

¶Generalis: que per ſolum principẽ fit: ⁊ hec eſtinguit omnes accuſationes: quo ad omnes preter quam quo ad accuſantem: qui poteſt repetere accuſatũ intra. xxx. dies vtiles: computãdos ab illo die quo generales abolitiones ſunt finite.

¶Et fiet hec repetitio eodem iure: quo prius accuſabatur.

¶Et fit hec generalis abolitio a principe ob multas cauſſas: quandoque ob diem inſignem natalis ſui vel filij quandoque ob rem proſpere geſtam: vt cum profligauerit hoſtes: quandoque propter publicã gratulationem: vt quia voluit facere feſtum vt quilibet letaretur: vel ob aliquã letitiam: vel honorẽ diuine edis.

¶Probantur hec. C. de generali abolitione. l. cum eo tempore. ff. ad Turpilianū. l. ſi quis repetere. l. ſi interueniente.

¶Priuata ſeu ſpecialis eſt: quando accuſator illam petit priuatim a principe: aut ab alio iudice qui habet cognitionem meri ⁊ mixti imperij.

¶Et hec quandoq; conceditur: quandoq; denegatur: ⁊ ideo maxima cauſſe cognitio interuenit.

¶Primo: quia delegari non poteſt.

¶Secundo cognoſcitur: vtrum accuſauerit extraneum: vel cognatum: ⁊ vtrum accuſauerit vere: an per errorem vel temeritatem: ⁊ an accuſauerit pro ſua iniuria vel ſuorũ: vt quando accuſauit cognatũ concedatur tamen ſi accuſatus iam paſſus eſt iniuriā illo concedente ⁊ cõſentiente dabitur ⁊ non aliter.

¶Si autem non ſit paſſus: dabitur ei etiam illo inuito.

¶Et debet peti hec abolitio intra. xxx. dies numerandos a die inſtitute actionis: intra quos accuſatus habet ſpatium ad compo=

nendos meſtos penates.

¶ Poſt dies vero.xxx.nõ dabitur hec ſpecialis:niſi accuſato volẽte.

¶ In his criminibus non datur hec ſpecialis abolitio.

1 ☞ Quando per corruptelam ⁊ fallaciter accuſat preter quam cognatos.

2 Quando teſtes ſuppoſiti ſunt tormentis.

3 In violata maieſtate.

4 In patria oppugnata:vel violata:vel prodita.

5 In crimine peculatus.

6 In caſtris deſertis.

7 In crimine falſi vbi ex vtraqꝫ parte acerrima fit indagatio:in his non conceditur hec ſpecialis abolitio.C.de aboli.l.j.§.fina. Vide Speculatorem.

¶ Legalis eſt:que fit ſeu conceditur a lege quãdo accuſator eſt mortuus vel aliqua iuſta cauſſa impeditus ⁊ ita quod in accuſatiõe procedere non poſſit.ff.ad turpil.l.ad priuatim.

¶ Quo caſu finita eſt accuſatio : quo ad accuſatum: non tamen ob hoc reus eſt liberatus:quin poſſit iterum ab alio accuſari.ij.queſtio.j.c.prohibẽtur.ver.ab alio.C.ſi reus vel accuſa.mortuus fu.l.j.⁊.l.defunctus.vt ſupra.

¶ Si ergo eximitur reus ab accuſatione abolitione interueniẽte.d.l.ſi interueniente.Nec accſator incidit in Turpilianum.

¶ Et cum accuſator mortuus vel iuſta cauſſa impeditus fuerit: vel forte impetrauit ſpecialem:tunc reus poterit ab alio accuſari:intra.xxx.dies vtiles. Vide latius Speculatorem.

¶ Quid ſit purgatio.

PUrgatio eſt de obiecto crimine innocentie oſtenſio⁊: ⁊ eſt duplex.

¶ Prima.

¶ Canonica que fit per iuramentũ.Et hec approbatur.

¶ Et nota quod qualitercunqꝫ contra aliquem actum ſit: ſi non ſit cõuictus ⁊ cõfeſſus:⁊ mala fama perdurat:monebit euꝫ iudex primo ſeorſuꝫ: poſtea corã teſtibus vt ſe purget.

¶ Et ſi non fecerit ſuſpendat eum vſqꝫ ad condignam ſatiſfactionem.extra eodem.c.ij.⁊.c.tuarum.

¶ Forma auteꝫ purgationis hec eſt:vt infamatus iuret ſe immunẽ eſſe a crimine:ſuper quo infamatur: extra de purgatione canonica.c.accipimus.⁊.c.conſtitutus.

¶ Et compurgatorij iurabunt:ſe credere illum vere iuraſſe.c.quotiens ⁊.c.conſtitutus. extra de purgat.canonica.

¶ Aliter autem non debet deponere ne ſubeat anceps: per iurium. ff.de in lit.iurando.l.videamus.

¶ Numerum autem compurgatoruꝫ habes ſecũda queſtione quarta.c.omnibus. Sed hodie numerus compurgatorum : arbitrarius eſt inſpecta perſone qualitate: ⁊ infamie quantitate.c.cum



in iuuentute.extra de purg.cano.

¶ Nam in purgatione iudican.ſicut ⁊ in penis imponẽdis quatuor ſunt conſideranda per iudicem : nempe perſone/cauſſa/locus/⁊ tempus.vt.c.fin.extra de tranſactio.ibi textus ⁊ gloſ. Vide Speculatorem.

¶ Secunda.

¶ Vulgaris : quam vulgus diabolico inſtinctu inuenit: hec fit per ferrum candens : duellum:aquam bullientem ⁊c.

¶ Et hec reprobatur.c.ex tuarum.extra de purgatione canonica.⁊ extra de purg.vulgari.per totum.ij.queſtione quarta.c.conſuluiſti.⁊.c.monomachia. ⁊.c.Me.

¶ Triplex ratio quare vulgaris.
prohibita ſit purgatio.

1 ☞ Quod inuenta ſit diabolico inſtinctu ⁊ inuidia fabricante.d.cap.Me.

2 Quod deus in ea tentari videatur capitu. vltimo extra de purga. vulga.

3 Quod per eam ſepe innocens condemnatur. c. ſignificantibus. extra de purga.vulga.

¶ Adnotationes.

¶ Infamatus apud populũ debet ſe publice purgare. Si apud clerum: coram clero:⁊ in vtroqꝫ caſu corã iudice.xxiij. diſt. c.illud. ij.q.iiij.c.preſbyter.c.omnibus.

¶ Priuſquam recipitur infamati purgatio:denuntiari debet publice:vt qui voluerit accuſare:procedat intra certum tempus ſuperioris arbitrio moderandum: extra qui fil ſint legi.c.lator. extra qui matrimo.accuſ.poſ.c.fin.

¶ Vide plenius Speculatorem. Nobis hic oſtendiſſe ſufficiat.

## ¶ Epitomes actionum ſiue Iudiciorum.

¶ Finis.

## Proteſtatio ad lectorem.

LEctorem candiduz monitum volo: ne ſi in oratione mea aliquando a me vel Accurſium vel Bartholum perſtringi ſi modo perſtringuntur: dum eorum errores adeo manifeſtos profero: legerit: in animum inducat credere me aut viris tantis nihil tribuere: aut illos indignos qui legantur: exiſtimare: ſed in eam potius partem accipiat lector volo: quod dum vel Accurſij vel Bartholi errores: in quos bonarum literarum inſcitia prolapſi ſunt: bono ſane animo oſtendo: me partim Juuentutem Juris Ciuilis ſtudioſam admonere velle: ne cum hoc ſeculo bonas literas ſine omni negotio comparare poſſit: earum neglectu in legibus eadem ſepe chorda ⁊ cum Accurſio et Bartholo oberret. Partim ne adeoq; fidat interpretibus veteribus: quaſi quicquid illi dixerint: oraculi vice adorandum ſit. Homines quidem iuris Ciuilis non imperiti fuerunt: ſed homines tamen ⁊ bonarum literarum: ſine quibus Juris Ciuilis ſtudium infeliciter procedet: prorſus ignari. Proinde ſi quis eos legere cupit: iudicium ⁊ quidem exactum deſiderãt. Hec proteſtari libuit: ne aliquis moroſior: vno aut altero loco oratiõis mee offenſus: me oẽs interpretes iuris in ordinem cogere velle arbitretur.



AThenienſes populi Grecorum longe prudentiſſimi: eum qui ſciens erranti viam non monſtraret: e numero ciuium eijcere ſolebant. Etenim videbant homines ſummis ſapientia prediti: ⁊ quanti referat: viam eo quo cõtendas probe exploratam habere: ⁊ quanto minori compendio is: quo vult: perueniat: qui recta via incedat: quam qui deuius amnem: vt Plautus inquit: ad mare ducẽ ſequatur. Et laudandi ſane ſunt: mea quidem ſententia: Greci illi hoc nomine: quod ijs qui iter ingreſſi per varia viarum pericula: per tot diſcrimina rerum graſſantur: a ſuis popularibus itinerum monſtratione recte conſultum voluerint. Et adeo ſerio voluerint: vt ei qui non erranti viatori viam monſtraſſet: fraudi eſſet: at quanto magis laudibus: tantum non in celum ferendi hi: qui ſtudioſos iuuenes incertis errantes itineribus in rectam ſtudiorum viam inducunt. Cum quod permagni refert: quam viam quis in ſtudijs ab initio ſtatim inſiſtat. Tum quod citius ad eruditionẽ aliquaz perueniũt: qui certos vie ſtudiorum duces ſequantur: quam qui errabundi incertis vagantur itineribus. Et: vt laude vel longe maxima digni ſunt: vie/que compendio ad ſtudia perducit: monſtratores: ita merito exterminandi: e bonorum hominum contubernio eijciendi erunt qui ⁊ ſcientes ⁊ videntes errabundam Juuentutem: non in veram ſtudiorum viam reducunt: inuident enim Juuentuti: ⁊ eum concepta de ſtudijs ſpe Judificari ſinunt: quãdo fieri non poteſt: vt Juuentus aliquid pretium opere: aliquid inſigne in ſuis ſtudijs aut conſequatur aut edat: niſi rectum iter ingreſſa ſit: id quod cum apud me nõ raro reputarem: non raro miratus ſum. quinam fieret: quod cuz iſto ſeculo Juuentus adeo legum Ciuilium ſtudio ardeat: vt preter hec ſtudia fere adamet nulla: tamen nemo exiſtat/qui ei viam certam monſtraret: quaz ingreſſa in legibus Ciuilibus perdiſcendis: ⁊ facile ⁊ feliciter progrediatur. Fugiunt plerique vt mihi quidem videtur: laborem/ qui hac in re ſubeundus eſt: plerique magnam odij flammam ex iſto labore inducendi: Juuentutem in compendiariam Juris Ciuilis perdiſcendi viam: exorituram prouidentes: malunt Juuentutem perpetuo errare: quam tanto odio cõflagrare. Ceterũ: quãdo vt proximo recte conſulatur: omnis labor deuorandus: omnis inuidie tempeſtas ſubeunda eſt: ego cum alius prodeat nemo: nullum laborẽ pteſus: nullũ inuidie incendiũ pertimeſcens: quo prima diſcẽtium iuuẽtur ſtudia: in publicũ venio: viã Juuẽtuti meo iudicio eam monſtraturus: que compẽdio ad ſolidaz legum Ciuiliũ eruditionẽ perduxerit. Nec hic valde reformido virulentas quorundam obtrectationes qui clamaturi ſunt: me eam alijs viam indicare quam ipſe nunq̃ ingreſſus ſum: fateor me nondum eoq; progreſſum: vt in omni diſciplinarum genere inſigniter excellam. Obſtitit vero non ignauia: non adeo

obtuſus circa precordia ſanguis: ſed partim rei familiaris an-
guſtia:qua non raro feliciſſima queqꝫ ingenia: tam pereũt: quá
extrema faba:vt vulgo dici ſolet. Partim temporũ: quibus ego
puer ſcolis operabar:calamitas. Nũ dũ ad humanitatẽ initiãd
eſſem: Alexandri Galli: Petri hiſpani: ⁊ huius monete authorũ
nugis aures perſonabãt mee. Ceterũ:ſi quid τοῦ ὀψιμαθοῦ
vel ingenium: quod mihi contigit mediocre ſi quid diligentia
efficere ⁊ conſequi poteſt: me nõ omnino nullam in bonis literis
frugem feciſſe confiteor. Et hoc nihil aliud: hoc certe dei optimi
maximi benignitate conſecutus ſum vt qua via ad iuris ciuilis
ſtudia:dextero Mercurio pertractãda Iuueni incedẽdũ ſit:me-
diocriter perſpectũ habeam. Nec hic metuo eos:qui me:ſi in ple-
riſqꝫ a maiorum meorũ:ſentẽtia ⁊ inſtitutis diceſſurus ſum:ſcio-
lum quẽdam ⁊ oculorũ Cornicis: vt in prouerbio eſt:confeſſo rem
eſſe traduxerint. Non per omnia cur enim diſſimulem?cum ma-
ioribus meis ſenſurus ſum: ſed quid tum? Notũ eſt illud Cicero-
nis:te tua me mea delectãt. Et ſi: vt quidã ex ſeptem ſapientum
Grecie numero dixit vſqꝫ ad aras amicis cõcedendum eſt: quid
mirum ſi maioribꝰ meis amiciſſimis hactenus aſſenſero:quate-
nus vera nõ aliena affirmauerint adſtruxerintqꝫ. Sed quid eos
prefando:tandiu remoror? Quid in aduerſariorũ obiectionibus
refellendis tam anxie occupor? Ego: que mihi ad legũ ciuilium
ſtudia properanti via videatur cõmodiſſima:libero quidem:ſed
vt me Chriſtus amet:candido animo oſtenſurus ſum: que ſi cui
veſtrum diſplicuerit:aliã ingrediatur: per me licebit. Et ne vos
iam dudum vie a me propoſite cupidos diutius ſuſpendam:hãc
ego ad legũ Ciuilium ſtudia feliciter tractanda: optimã viã eſſe
exiſtimo vt quis prius ſe bonarũ literarum viatico inſtruat: quã
iter diſcendi iura ciuilia capeſſat. Et ne quis veſtrũ:optimi iuue-
nes:erret:bonas literas appello artes dicẽdi:cuiuſmodi eſt grã-
matica/ Dialectica/ Rhetorica. bonas artes voco: hiſtoriarum
iuxta poetices cognitionem. Bonas artes nomino Philoſophie
partes:quarũ vna nature arcana indagat: altera mores ciuiles
fingit. Deniqꝫ bonas literas appello tam Grece quã Latine lite-
rature cognitionẽ: que hoc nomine litere vocãtur: quod cũ aliis
ſublimibus artium profeſſionibus: tum Iuriſprudẽtie apprime
bono exiſtunt: id quod dum ſingulatim cõprobaro: vos queſo:
vti cepiſtis: benignas mihi dicenti prebete aures. Principio
nemini veſtrum: opinor: clam eſt iuriſprudentiam hac gratia
amplexandã:vt aliquando eos:qui in rerũ ſuarum diſcrimẽ vo-
cantur:in rerum ſuarũ poſſeſſione retineamus: pupillos oppreſ-
ſos ſubleuemus:viduis iniuria vexatis ſuccurramus. Deniqꝫ:
vt reſpubli. ſeditionibus inteſtinis laborãtes: in concordiã mu-
tuam redigamus. cõſiliorum inopes prudentia noſtra iuxta con-
ſiliis noſtris ex Iuriſprudentũ fontibus hauſtis expediamus. Nõ
enim fruſtra apud Ciceronem Mutii Sceuole iuriſprudentiſſi-
mi domus: oraculum ciuitatis fuiſſe dicitur: quod ciuitas ex



ore Iuriſconſultorũ non ſecus:ac ex deorũ oraculis:rerũ omniũ
ſuarũ:cum remedia:tum iuſta petere:⁊ debeat ⁊ poſſit. Nec:vt
mihi videtur fruſtra: Imperator Iuſtianus in hoc operam iure
diſcendo dãdam hortatur vt aliquãdo rempublicam gubernare
poſſimus:vt vero is qui iuri operã nauauit: tam priuatis quã
publicis hominũ rebus recte:⁊ prudẽter cõſulere queat:ratione
opus eſt:qua id quod aio ⁊ ſentit ⁊ intelligit:emẽdate ſplẽdide:
diſerte eloqui valeat:vt hi qui adſunt:intelligãt: quid ſibi velit
qui dicit:vt cupide audiãt: vt fidem faciat iis que dicit. Ut emẽ-
date dicat: Grãmatica remedio fuerit:vt que nihil aliud eſt:quã
emẽdate ⁊ aperte loquẽdi ſciẽtia. Ut ſplẽdide dicat: Rhetorica
docebit:que phaleras orationis:cultũqꝫ ⁊ omnes ineſcendarum
aurium illecebras:cõmonſtrat. Diſerte vero ⁊ diſtincte diſſerẽdi
architectrix dialectica exiſtit. Notũ enim eſt:quomodo dialecti-
cam finiat Cicero: nẽpe eam diſſerendi rationẽ eſſe. Quid vero
aliud eſt diſſerere: quam ordine ⁊ diſtincte de aliqua re dicere?
Compẽdio igitur ad ius ciuile tendit:qui in his tribus diſcipli-
nis: Grãmatica/ Rhetorica/ Dialectica/ ⁊ bene ⁊ fortiter pluđit.
Sed agite altius:⁊ vt dixi:ſingulatim repetamꝰ:quã compẽdio
ſam ad parãdam iuris Ciuilis cognitionẽ:viam premuniat ſibi
is: qui in iam dictis artibꝰ multum ponit opere. De Grãmatica
quidem quid multa cõmemorẽ?quum res ipſa doceat Iuriſcon-
ſultum exiſtere poſſe neminẽ:qui nõ ⁊ emẽdate:⁊ proprie loquen-
di ſcientiam teneat. Quomodo enim de iure conſultus reſpon-
debit is qui quomodo id quod animo cõcepit:pure ⁊ proprie elo-
quatur: prorſus ignorat. Tum:qui nam cõſultor eum quid di-
cat:intellexerit:cuius os adeo barbariſmis ac ſoleciſmis ſcatet
vt mirum ſit ſi ſeipſum intelligat. In conſiliis laterem:vt in pro-
uerbio eſt: lauerit Iuriſcõſultꝰ:niſi aperto quid cõſilii in animo
habeat:verbis exprimat. In publicis cõcionibus furere exiſtima-
bitur:qui multa quidẽ verba profundit:ſed adeo obſcure:vt vix
ſortes Delphice obſcuriora dixerint. Quid in legum interpreta-
tione efficiet Iuriſcõſultus: qui ſermonẽ omnibus vitiis ſcaten-
tem effundens rudere potius: quam loqui videbitur. Breuiter
frigebit in omnibus rebus iuriſperitus aperta illa ⁊ emendata
loquendi ratione:quam Grammatica docet:deſtitutus. Ad hec:
Grãmaticam: hoc eſt puram ⁊ propriã loquendi rationẽ a Iuriſ-
conſulto exigi: ⁊ illud arguit:quod in Iure ciuili tam crebro vo-
cum Ethymologia enodatur. Quid vero aliud eſt Ethymolo-
gia: quam Grammatica vocum expoſitio? in. l. secũda. ff. ſi certũ
petatur. Mutuum inquit Iuriſconſultus dicitur:quia de meo fit
tuum:in. l. prima. ff. de Teſtamentis. Teſtamẽtum: inquit Iuriſ-
conſultus: eſt dictum quaſi teſtatio mentis. Grammaticam a
Iuriſconſulto requirit declarat titulus Pãdectarum: de rerum
⁊ verborũ ſignificatione: in quo aliud tractatur nihil niſi quod
voces legibus ciuilibus peculiares: ita vt Grammatici facere
ſolent: exponuntur. Porro quod Pedius Iuriſconſultus in. l.

Lanianis.ff.de fundo inſtructo.memorie prodidit: optimum nõ
propriam:hoc eſt: vt ego interpretor: Grãmaticam verborum ſi=
gnificationem ſcrutari: ſed potius quid teſtator voluerit ſequi:
non profecto eo: quo plerique Barbari ſermonis patroni: obli=
quo collo abrupiant: tendit: quod nihil referat quibus verbis
Iuriſconſultus vtatur. Nec intereſſe proprietatem ne ſermonis
dicendo tueatur: an improprie: ⁊ vtut in buccam venerit loquã=
tur: ſed ſi Pedij verba penſitentur de teſtatore: intelligemus
qui quum aliquando aliud ſenſiſſe videtur quam verbis expreſ=
ſerit: non tam anxie verba rimanda eſſe: quã ſentẽtiam eius ſe=
quendam. At vero ridiculum eſt: quod teſtator in vltima volun=
tate: que preter cetera pluribus prerogatiuis gaudet: cõceditur
ad Iuriſcõſultorum ſermonẽ traducere. Quid quod nec in teſta=
mento a propria verborũ ſignificatione recedẽdum eſt: niſi liqui=
do conſtet aliter ſenſiſſe teſtatorem. l. non aliter in Pãdectis de
legatis.iij. Uiderit igitur Bartolꝰ: viderint pleriqꝫ alij: qui ex. L.
Lanionis ſue Barbariei: ⁊ Acyrologias in loquendo patrociniũ
querſit. Et de grãmatica quidẽ quod iuriſcõſulto ⁊ neceſſaria ſit
⁊ ab eo exigat: ſatis dictũ eſt. Uenio ad Rhetoricã: que nõ minꝰ
ꝙ grãmatica: ei qui iuri ciuili diſcẽdo deſtinatꝰ eſt: vt neceſſaria
ita oppido frugifera fuerit. Nemo nõ noſtrum: ſat ſcio: iuri ideo
operã nauat: vt aliqñ in iudicijs verſans: ⁊ accuſare improbos: ⁊
defendere ꝓbos: tũ ſi res ita ferat: poſtulare poſſit: aut ſi hec ſor=
dida ⁊ humilia videãtur: in vrbe quadã publicum munus gerẽs
ſubditis: que ſalutaria ſunt ſuadere: ꝗ noxia diſſuadere queat.
Aut ſi nec hoc cordi ſit: vt tãdẽ in principũ aulis regnet. At vnde
queſo melius vnde rectiꝰ accuſandi/defendẽdi/poſtulãdi/ſuadẽ=
di/diſſuadẽdi/ cõſilia principibꝰ dãdi rationes perdiſceret: quã
a Rhetorica: que tota in hoc ſita eſt: vt ea que iam recenſui: accu=
rate tradat. Id qđ tam verũ eſſe: quã Apollinis oraculũ exiſtit:
audite paucis. In quacũqꝫ cauſſa quã acturus es: initio quodã
vtaris oportet: quo: ſi accuſator exiſtis: reo iudicẽ iratũ facias:
ſi defenſor: iudicẽ ad beneuolẽtiam deflectas: quod ſi neutrius
horum officio fungaris: aliquo tamen exordiolo in cauſſam in=
grediaris neceſſum eſt. Unde vero melius exordiorum ratio=
nes hauſeris: quam ex Rhetorices libris: qui ex inſtituto in hoc
ſcripti ſunt: vt ex illis quicquid ad recte beneqꝫ dicẽdũ cõducit:
perdiſcamus. Narraturus es cauſſam tuam. erras ſi aliunde
quã e Rhetorices preceptis narrãdi lucem: breuitatem probabi=
litatem petas. Propoſiturus es id quod argumentis conficies:
vel vt iuriſconſulti loquũtur litẽ cõteſtaturus es: id multo om=
niũ feliciſſime feceris: ſi Rhetorũ ꝓcepta hac de re calleas. Pro=
bare vis: id quod ꝓpoſuiſti: refellere cupis ea que pro ſe aduer=
ſarius tuus attulit: toto: quod aiunt. celo erras: ſi nõ ex Rheto=
rices preceptionibꝰ ea que vel cauſſe tue prodeſſe poſſunt: vel ad=
uerſariorum argumenta refutare: te depromturum putaueris.
Quid commemorem illud: quod ſi vel teſtes producturus ſis:
vel dicta teſtium infirmare: vel in teſtes ipſos orationis im=



cronem intendere velis: te ex nullis alijs libris efficacius et: vt
Greci dicũt διεξοδικωτέρως hec preſtare poſſe: quã ex Rhe=
torices monumentis: nemo opinor negauerit. Et vtinã inuentꝰ in=
ſaniam adduci poſſet: vt animum induceret credere ea que
a Ciceronis: ꝗ in Fabij de Rhetorica libris: memorie prodita
ſunt: ad vſum forenſem vehemẽter conferre: non dubito: quin in
illorum libros diligentius incumberet: nec illis ꝑtermiſſis ad iu=
ris ſtudia: ποσὶν, ὡς φασὶ, ἀνίπτοις irrumperet. Sed qñ ad
epiſtolas tm̃ conſcribendas ad theatralẽ declamãdi vſum: ea ꝗ
de Rethorica vel Cicero: vel Fabius ſcripſit: literis mãdata eſſe
ſibi perſuadet: illa fere: vti fit dum verũ vſum ignoramus: cõtem=
nit: putans ea ad ſolũ ſcholarum vſum in libros relata exiſtere.
Ceterũ quibus preceptionibus adiutus Hortenſius/Craſſus/Ce=
lius deniqꝫ Cicero: ⁊ alij oratores quondã clariſſimi: cauſſas nõ
inferiores his: que hoc noſtro ſeculo vſu venire poſſunt: tãta om=
nium aggratulatione: tanto omniũ applauſu egerũt: Nullis ſa=
ne alijs preceptionibus quã his que ad nos poſteros monumẽ=
tis prorogate ſunt. Et vt maxima aliqua in noſtris iudicijs (de
preceptionibus loquor) a veterũ in cauſſis agendis cõſuetudine
variant tamen magna ⁊ bona ex parte nõ tam ouum ouo ſimile
eſt: quam ratio qua nos in cauſſis agendis vtimur: rationi vete=
rum ſimilis exiſtit. Id quod verũ eſſe: argumento ſunt adhuc ra=
pſodie ille exemplorũ agendi cauſſas: vel vt noſtrates loquun=
tur libelli inſtituẽdi formule: iuxta Rhetorica in Germanam lin=
guam tranſfuſa: que Rhetorum in arte dicendi preceptiones nõ
nihil quidẽ: ſed mire infeliciter referunt. nã quãdo verũ eſt illud
Martialis. Multum crede mihi refert a fonte bibat. Qui fluit: an
pigro que ſtupet vnda lacu. Melius ergo melius ille que et ad
agendas cauſſas ⁊ ad dicendũ faciunt: formule ex puris Rheto=
rum fontibus deriuant: quã e ſordidis formulariorum lacunis.
Nec omnino infeliciter poſſem oſtendere eas: que iam in foro re=
cepte ſunt: agendarum cauſſarum rationes: cum Rhetorum pre=
ceptis parũ admodum diſſidere: niſi id ⁊ paucis a me fieri non
poſſet: ⁊ cum nõ paruo tedio coniunctum eſſe videretur. Quod ſi
deus. Opti. Maxim. ⁊ vitã nobis prorogauerit: ⁊ ſtudia noſtra.
vti ſperamus: inſtituta fortunauerit: iuſto quodam volumine:
commonſtrabimus: illas de agẽdis: a pragmaticis neſcio quibꝰ
⁊ conſcriptas: ⁊ velut per manum traditas formulas cum Cice=
ronis: tum Fabij de arte Rhetorica preceptionibus: non admo=
dum diſcrepare. In preſentia ſatis ſit: me paucis oſtendiſſe: quã
compendiaria via ad vſum forenſem: qui a pleriſqꝫ legum ſtu=
dioſis vnice expetitũ: exiſtat: in Rhetorum preceptionibus multũ
⁊ diligenter deſudaſſe. Preterea futurus iuriſconſultus cauſſam
quam agendã ſuſcepit: ita eloquatur oportet: vt hi qui audiũt
⁊ admiratione et voluptate capiantur. Siquidem niſi hec ora=
tione ſua iuriſconſultus preſtet: ⁊ inſuauis erit: ⁊ tedio audito=
rũ animos enecabit. Ut vero admirationi ſit vt demulceat audi=

torum aures:precepta elocutionis a veteribus Rhetoribus tra=
dita:effecerint. Etenim inde ea:que ad illuſtrandam orationē:
que ad delintendas hominū mentes faciūt:veluti e Copie cornu
depromet. Sub hec cum ꝛ compoſitio oratiōis iuriſconſulto ob=
ſeruanda ſit:vt cum maxime quid de illa in formulariorum cen=
tonibus dignum lectu conſcriptum extet:non video. e rhetorum
igitur monumentis compoſitionis orationis precepta petenda
erunt:vt vero petat:ipſa cogit neceſſitas. Da enim mihi quemli=
bet iuriſperitum:da quemlibet in agendis cauſſis exercitatum:
is:niſi vt membra in corpore connexa herent:ita orationis quo=
que ſue membra coniunxerit: gratiam, merebitur nullam:imo
velut inſanus exhibilabitur:explodetur:nec iniuria. Quis enim
non exhibilet:quis non explodat eum:qui inter dicendum:adeo
ſolecismis omnia confundat:hyperbatis omnia perturbet. ver=
borum traiectionibus omnia obſcuret adeo ſine periodorum cu=
ra omnia conſarcinet:vt neque quid dicat:neque quod primum
nec quod vltimum ſit:vel in iudicandis ſcriptis naris emunctiſ=
ſime homo olfaciat? Audiui ego nō raro iuriſconſultos a cauſſa
excidiſſe:quod cōpoſitionis in cauſſa proponēda:veluti. Maga=
renſium:vt Greci dicunt:nullū reſpectum habuiſſent:habendā
autem eſſe iuriſconſulto compoſitionis rationem ꝛ argumentis
e iure deriuatis comprobare poſſum. l. prima. C. de executione rei
iudicate traditur etiam atq; etiam proſpiciendū:ne vt plerique
veſtem inuertunt:ita ordo petendi in libello (ſic enim vulgo vo=
catur actio forenſis) inuertatur:vt prius petatur ſnle ſatiſfie=
ri:quam ea ſit lata in. l. precibus. C. de impuberum ꝛ aliorū ſub=
ſtitutionibus in lege vt reſponſum. C. de tranſactionibus. monē=
tur cauſidici ne libelli peroratio facti narrationez precedat:que
omnia ſatis declarant iuriſconſulto compoſitionem orationis
obſeruandam vt quod maxime. Jactatur et illud inter iuriſcon=
ſultos:libellum non vagum:non obſcuruz eſſe debere. Sed quo
modo cauſidicus id effugere poterit equi nullis compoſitionis
preceptionibus ex Rhetorum ſcholis inſtructus. in forum pro=
rumpit? An vero aliquis iter facturus:nullis viarum erroribus
implicari valet:qui a nemine vias illuc quo contendit ducentes
perdidicerit? Nemo opinor hoc dixerit. Non igitur is:quiſquis
tandem eſt:cauſidicus in actionibus inſtituendis:velut noſtra=
tes loquuntur in libellis formandis:nō extra cauſſe limites eua=
gari:ꝛ vt in prouerbio eſt. υπερ ϛιεσκαμμενα, υπερ πηδᾶν
non poteſt:ſi nullis Rhetorum de compoſitione orationis prece=
ptis adiutus quocunque eum defert mentis tempeſtas:defertur
At qui nā poteſt is actionem ſuam ꝛ illuſtrare:ꝛ perſpicuaz red
dere qui ſine ordine omnia quecunque impetus quidam ſuggeſ
ſerit:citra delectū effundit. Opinor optimi auditores:ſatis ſuper
que manifeſtum eſſe:et quam elocutionis et compoſitionis pre=
cepta ei qui aliquādo iure vſurus ſit:prodeſſe queāt. porro nec
illud iuris candidato omittenduz erit:vt id quod iam ꝙ potuit
aptiſſime



aptiſſime elocutus eſt:et diligentiſſime digeſſit:cum grauitate
quadam pronuntiet. Uita enim orationis pronūtiatio eſt:adeo
vt oratio quāuis elegans:quantumuis ordine ſuo diſpoſita:ia=
ceat:niſi pronuntiatione extollatur. hinc eſt opinor:quod De=
moſthenes interrogatus:quid primum:quid ſecūdum:quid ter
tium in eloquētia eſſet:pronuntiationem eſſe affirmauit. Et cuꝫ
iuriſperitis non raro ꝛ ad populum:ſenatum:principes reges:
verba facięnda ſint:turpiter ſe dabit ſi non pronuntiandi ratio=
nem certā teneat:nec vero tenere poteſt:ſi nō vel Ciceronis hac
de re accuratiſſime ſcriptos libros:vel Fabij hac de re copioſiſ=
ſime ſcripta monumenta tm̄ nō cōtriuerit. Denique:vt Craſſus
apud Ciceronē memoriam in oratore:ita ꝛ nos in iuriſconſulto
requirimus. Nam vt illi turpe quōdā erat:e cōmentarijs dicere
ita nec huic honorificū futurū eſt:e breuiarijs cauſſas ſuas age=
re. Taceo hic qđ ſiue quis actoris ſiue rei partes tueatur. ſubin=
de que ab alterutro eorū dicuntur:memorie infigēda ſunt. vt or=
dine quo dicta ſunt referre queat. At nullis melioribus ratio=
nibus iuriſcōſultus memoriā iuuare poteſt (niſi forſitan memo=
ria a natura ei conceſſa ſit:cui hac in re preceptis non admodū
opus eſt) quam ijs quibus Cicero ꝛ Fabius iuuandam premon
ſtrant. Quis iam optimi auditores nō intelligit:quā cōpendia=
riam viā. Rhetorices p̄cepta ꝓbe perſpecta ad iuris Ciuilis ſtu=
dia premuniant. Nec vobis imponāt iſti vt omniū bonarū artiū
ita Rhetorices hoſtes acerrimi:qui hec q̄ iam ex Rhetorum ſcri
ptis petenda eſſe dixi. e neſcio quibꝰ Rhetoricis Germanice ſcri=
ptis depromi poſſe obgannierint homines iſtos valere ſinite:
qui quum rectā ꝛ que cōpendio ad iuris Ciuilis ſtudia ꝑducit:
viam ingreſſi ſunt nunq; oēs alios in eoſdem viarū Meandros
inducere conantur. Sed de Rhetorica ſatis ad dialecticā oratio
mea dirigenda eſt:que quum omnium literarum ſtudioſis:tum
maxime iuris candidato frugifera exiſtat:me attentis:vti cepi=
ſtis audite. Primo oīum vix crediderim oēs vos quotquot iuriſ
prudētie ſtudijs initiari cupitis hoc nomine initiari:vt tm̄ in fo=
ro volitantes etiaz fruſto panis:vti vel dicatis vel taceatis con=
ducemini. Id quod ꝙ ſordidū ꝛ fuerit olim:illud poete liquido
mōſtrāt. Turpe reos empta miſeros defendere ligna. Qđ faciat
magnas turpe tribunal opes. Et Dinus:vt erat eiꝰ ſeculo hoim
captꝰ:iterpres nō vulgaris in regula:Infamibꝰ. de reg. iu. in. vi.
Eorum qui foro adfixi ſunt:et quantalibet data mercedula lin=
guam proſtituunt:abiectiſſimā ſortē eſſe ſcribit. Non opinor hac
gratia ſolū in ius ciuile incūbitis:vt tandeꝫ in principū regūq;
aulis regnetis:quando (vt in prouerbio eſt) paucis adeo contin=
git adire Corinthum. hoc vero:vt mea fert opinio:nemo non ve=
ſtrū expetit:ꝛ nemini nō veſtrū:ſi modo ingenio mediocri vigeat
eruditione polleat:obtigere pōt:vt ius Ciuile quod docere:vt in
quit Cicero ſemper honeſtum fuit:aut in publico profiteatur:vt
priuatim conſultus edoceat. At vt ꝛ feliciter et dextre illud vel

publice:vel priuatim edoceat:dialectica ſola opitulabitur: vtꝙ
methodum quandam docendi certiſſimam premonſtrat.Nimi=
rum vt res de qua dicẽdũ ſit:primuꝫ certa finitione explicet.De=
inde ſi multiplex exiſtat:vt aut ſuas partes diſtribuatur:aut in
ſpecies diducatur.Ad hec vt officia vel quomodo Ariſtoteles
vocat: τὰ ἰδέα partium ⁊ ſpecierum oſtendant:tuꝫ in quibꝰ di
ſtributa ⁊ diuiſa vel conueniant vel pugnent:aperiantur.Deni
que cum et res ex ſuis cauſſis probe perſpiciantur:et in intelle=
ctum incurrãt:dialectica ⁊ rerũ cauſſas quibꝰ ⁊ Juriſcõſulti.vel
Cicerone in Topicis teſte: vti cõſueuere:auditoribus enodari iu
bet:qua docendi ratione:quid melius:quid exactius vel dici vel
excogitari poteſt?ſiquidem hoc modo fit:vt rei:que nobis cali=
ginem ob mentis oculos offundit:naturam ⁊ vim totam certiſſi
me ⁊ clariſſime cernamꝰ:⁊ hinc eſt:opinor:quod Ariſtoteles vnã
de qua iam dixi docendi rationem τὴν ἀπόδειξιν vocat:quod
vix vllus geometer ſuas apodixes vti vocant:certiſſimas quaſ=
que euidentius oculis exponere põt:quã illa dialectica docendi
methodus rerum:vt de quibus diſſeritur:vim ⁊ naturã:partes:
officia ob oculos ponit.Extant huius docendi rationis non pa=
rum multa exẽpla in illis pãdectarũ centonibus:quos Juſtinia
nus noſter iuris ciuilis inſtaurator:vel vt mihi videt abbreuia=
tor potius:ex ſeptẽ ⁊ triginta Juriſconſultorũ verbis cõſarcina
ri procurauit.Quoties enim finitionibus ex proprijs vere conſtã
tibus voces explicantur:quoties voces τελύσημαι diuidũtur
quoties partiũ concordia iuxta diſcordiã oſtendit:quoties cauſ
ſe rerũ euoluuntur?ex quibus omnibꝰ res que diſputatur adeo
intelligibilis redditur vt Streptiade illo Ariſtophanico indo=
cilior ſit oportet:qui eam non capiat:non intelligat.Econtrario
ſi illa dialectica apodixis inter docenduꝫ nõ adhibetur:fit:vt ea
que natura perſpicua ſunt obſcura videantur:⁊ que quis opti=
me intelligit:nunquam tamen vt alij intelligant:efficere poſſit:
tum quod lõge omnium moleſtiſſimum eſt:omiſſo didactico ge=
nere:ſepe ea adferunt: ꝙ vt in Grecorum prouerbio eſt:neque ce=
lum:neque terram attingunt.Hinc eſt:quod plerique iuris inter
pretes:tam confuſanea ⁊ tumultuaria gloſſemata pulcherrimis
Pandectarum libris illiuerũt:in quibus etiaꝫ ſi rumparis:quid
primum:quid vltimũ ſit:nõ reperies:dum enĩ deſerta vel potius
ignorata illa quã Dialectica preſcribit:docendi ratione quiſque
vt argutus aut ingenioſus videretur:aut potius chartarum ia=
cturam faceret:ſuum quoddam docendi inſtitutum ſecutus eſt:
contigit:vt quũ multa preclara legibus ſint conſtituta:ea iuriſ=
conſultorum ingenij pleraque corrupta ac deprauata habeant.
Nec vero in hac re exemplis admodum opus eſſe exiſtimo:con=
ſule interpretes:quos prius peperit ſeculum:⁊ plena exemplis
erũt omnia.Et hactenus quidem docuimus dialecticaꝫ ad do
cenda iura:⁊ priuatim ⁊ publice plurimum emolumenti ſuppe=
ditare:vt que certiſſimam quandam docendi regulaꝫ ⁊ gnomo=



na premonſtret.Quod ſi vero nõ aut in publico ius exponas:aut
priuatim conſultus iuris nodos enodes.Sed vel in foro Judicũ
perreptas ſubſellia:vel principi conſilio preſto adeſſe cupis.Deꝰ
bone:quanta tibi ⁊ ad agendum cauſſas:⁊ ad conſilia danda fe=
neſtra aperta erit: ſi illud dialecticum docendi filum ſequaris.
Sic enim futurum eſt:vt iudex cauſſam quam agis: intellectu cõ
prehendat:intellectu comprehẽſam:memoria complectatur: me=
moria complexam:ſecum quam accuratiſſime expendat:⁊ vbi ex
penderit:ſententiam iuſtam ferat.In cõſilijs:illa dialectica apo=
dixis effecerit:vt quid aut ſuadeas: aut diſſuadeas ſciri poſſit: ⁊
vbi quid velis cõſtiterit:huc illuc calculis motis ⁊ ſubductis ra=
tionibꝰ:quod optimũ eſt arripiatur.Preterea cum iuriſconſulto
id quod propoſuit argumentis confirmandum ſit:argumenta te
nere qui poterit:ſi locos dialecticos in quibus argumẽta nõ ali=
ter latent:atqꝫ in cõchis gẽme: probe perſpectos habet:vnde An
tonius apud Ciceronem: his qui de re aliqua dicere volunt: lo=
cos iſtos dialecticorum adeo penitus cognitos eſſe vult:vt quem
admodum ſcribentibus vltro ſe litere offerunt:nec diu in aliquo
cõmentario figure literarum queruntur: ita efficienduꝫ eſſe vt hi
loci: quos dialectica monſtrat: vltro nec procul queſiti in oculos
incurrant qui ſtatim moneant ⁊ oſtẽdant:quid de re maxime aut
queri aut dici oporteat.Ad hec quam iſti loci iuriſcõſulto neceſſa
rij ſint.Trebatius iuriſconſultus declarauit:qui cum ſe ſine iſto
rum locorum cognitione iuriſconſulti partes tueri non poſſe:pro
uidiſſet:Ciceronẽ etiam atqꝫ etiam rogauit:vt hac de re:aliquid
in eius gratiam ſcriberet.Quid commemorem quod ⁊ Baldus
inter interpretes iuris non in poſtremam claſſem reijciendus de
locis aliquid ab ſe ſcriptum reliquit in.l.conuenticula.C.de epiſ.
⁊ cle.Nec feciſſet vir ille niſi locorum cognitionem adeo neceſſa=
riam iuriſcõſulto proſpexiſſet.Et vt ad noſtram etatem veniam:
Claudius Cautiuncula iuriſconſultoruꝫ noſtri ſeculi magnum
ornamentum:⁊ ipſe qua eſt prudentia vir prouidens:locoruꝫ co=
gnitione opus eſſe his qui iuriſconſulti eſſe velint: librũ de locis
elegantiſſimum.⁊ quod Greci dicere ſolent:plene lac Veneris ſpi
rantem:legum ſtudioſis legendum propinauit.His authoribus
opinor:vt maxime ipſa res moneat doceatqꝫ:facile fideꝫ fecero lo
corum dialecticorũ cognitionem adeo iuriſconſulto ad quãlibet
cauſſaꝫ tractandã neceſſariam exiſtere:vt vix aqua ⁊ ignis reruꝫ
humanarũ vſibus tam neceſſaria ſint:eloquar an ſileaꝫ:quod iu
riſconſultus in aduerſariorũ argumentis retundẽdis/ laterẽ:vt
dici ſolet:loturus ſit:niſi dialectice gnarꝰ exiſtat.Hac enim inſtru
ctus ſeu inſtrumẽto quodã:quid verum quid falſuꝫ ſit:dinoſcet:
ambigua deprehendet : contraria expromet : minus conſequen=
tia: minus coherentia: oſtendet:abſurda ⁊ non cõcludentia reij=
ciet.Deniqꝫ argumenta in ſe torta veluti haſta in manu poſita re
torquebit.Taceo hic quod iuriſconſultus nonquam fortiter ⁊
ἐμφατικῶς ꝯcludere ꝙ̃ ἐλέγχειν poterit niſi argumẽtationũ

quas dialecticorum officina procudit: tam exploratas habuerit:
quã ſuos ipſi⁹ vngues. Docet alicubi Bartholus in libello inſti-
tuẽdo eam ſeruandã eſſe rationez: quã dialectica in ſyllogiſmis ſer
uandam doceat. Nimiruz vt narratio facti: vicem maioris propo
ſitionis defungatur: deinde adijciatur medium: quod cauſſaz i[n]
dicet: ob quam petitio ſiue concluſio libelli vero cõſentanea ſi[t].
id quod vt iuuentus intelligat: exẽplo vnico comprobabimus.
Exẽplum ſit hoc. Narratur: quod Ebutius Cecinnam de fundo
ſuo deiecerit: ecce narrationẽ: ſed nemo de re ſua deijciendus eſt:
ecce mediũ: qđ efficit: vt petitio probabilis ſit. Ergo petit Cecin-
na ſe in fundũ a quo deiectus eſt reſtitui: ⁊ Ebutiuz de vi temere
illata condemnari. Ecquis vero hac ratione libellum inſtituere
poterit? qui nõ e Dialecticorũ libris: quid maior propoſitio: quid
mediũ ſit: quomodo ex duab⁹ propoſitionib⁹ cõcluſio effici poſſit
predidicerit? Relata ſunt in iuriſcõſultorũ literas multa de pba
tionib⁹ cõcludentib⁹ ⁊ nõ cõcludẽtibus. Extant multa de preſum
ptionib⁹: que omnia ſi dialectices gnarus ſis ⁊ reb⁹ rectius intel
liges: ⁊ felicius vſurpabis. Siquidem dialectica ductus quidam
eſt rationis: quo ſe conſequentia ⁊ non conſequentia comprehen
dimus. Quid quod cognitio locorum dialecticorum: ratio refutã
di: ſciẽtia contexendi argumentationuz ſpecies non tantũ ei qui
vel forenſibus actionibus diſtringitur: vel alijs a cõſilio eſt: vſui
erunt: ſed ad hoc etiaz profuerint: vt ſi quis in legibus verſetur:
argumenta ſiuibus lex vel firmatur: vel infirmatur eruere eruta
⁊ ipſe obſeruare: ⁊ alijs oſtẽdere poterit: quibus oſtenſis aliquã-
do lex aliqua melius illuſtratur: quam ſi alios ſuper alios inter
pretum commentarios coaceruemus. Tum ſi quis interpretum
iuris ſcholia indagare vult ⁊ in dialecticis locis detrit⁹ eſt: ⁊ ra-
tiocinationum formas tenet: ſine omni negotio: vbi vero cõſenta
nea: vbi vero aliena dixerint: quid efficiatur e quolibet: qđ cuiqꝫ
conſequens ſit quid in interpretibus ſequendũ: quid ſurda aure
pretereundum fuerit: deprehendet. Et quod iandudum me dice-
re oportuerat: e dialectices cognitione diſcem⁹: quid genus: quid
ſpecies quid propriũ: quid accidens: que eo faciunt: partiz vt vo-
ces anguſtiores a minus anguſtis cognoſcamus: partim ne in re
rum diuiſionibus hallucinemur: exiſtimantes aliquid in ſpecies
diuini: quod ſecundum magis ⁊ minus diſtribuitur. An nõ vero
Bartholus inſigniter lapſus eſt: in. L. quod Nerua. ff. de poſiti. cũ
culpã in latiſſimam: latiorẽ leuez ⁊ leuiſſimaz: tanqꝫ in quinqꝫ ſpe
cies diuidit: cum preter dialectices iudicium cõmunis etiam ſen
ſus doceat ea que ſecundum magis ⁊ minus diuiduntur: nõ ſpe-
cies diuerſas cõſtituere: niſi forte dum dicim⁹ animal hoc ſagax:
illud ſagacius: tertiũ longe ſagaciſſimũ: animal hac ratiõe in cer
tas ſpecies diuidi. Aut: vt exemplũ aliud adferam: niſi adſtrue-
re velimus: hoc bonum: illud optimuz eſt: etiam in ſpecies eſſe fa
ctam diſtributionẽ. Poſſem ⁊ aliorum interpretũ errores referre:
qui dum aut non perpendunt: aut forſitan ignorant quinque vo-



cum rationes: in rerum diuiſionibus turpiſſime labũtur: ſed mo-
nendi gratia: vnum ex Bartholo exẽplum attuliſſe ſatis; vt reor:
fuerit. Pretereo hic rationes finiẽdi: iudicandi de diffinitiõibus:
que quoqꝫ niſi ex dialectices penu. aliunde depromi non poſſunt.
Sed modus orationi ſit. ſed ſufficiant hec que iam cõmemoraui:
⁊ quib⁹ nemo nõ: niſi prorſus caudice ſtolidior ſit: haud dubie fa
[ci]le dialecticam ⁊ neceſſariaz ⁊ vtilem iuriſconſulto eſſe: percepe
[r]it. Quod ſi hec argumẽta: que iam attulimus alicui moroſo ⁊
δυπειθω non faciunt ſatis: huic Cicero cuius tanta eſt anthori-
tas: vt quod Pythagoricis αυτος ἔφα erat: hoc ſtudioſis Cice
ro eſſe debeat fecerit ſatis. Hic de Seruio Sulpitio loquẽs: hunc
in modum Bruto interroganti reſpondet. Sic enim in quaz: Bru
te exiſtimo: iuris Ciuilis magnuz vſum ⁊ apud Sceuolã: ⁊ apud
multos fuiſſe: artẽ in hoc vno: quod nunqꝫ feciſſet ipſi⁹ iuris ſcien
tia: niſi eam preterea didiciſſet artẽ: que docet rem vniuerſam di
ſtribuere in partes: latentem explicare definiendo: ambigua pu-
niũ videre. Poſtremo habere regulam: qua vera ⁊ falſa iudicarẽ
tur: ⁊ que: quibus propoſitis eſſent: queqꝫ nõ eſſent conſequẽtia:
hic enim, attulit hanc artem omniũ artium maximã: quaſi lucez
ad ea que confuſe ab alijs aut reſpõdebãtur aut agebãtur. Dia
lecticã mihi videris dicere (inquid Brutus) Recte (inquit Cicero)
intelligis. Hec ille: q̃ vt nulla alia argumẽta adſint: ſatis ſuperqꝫ
oſtendunt quã neceſſaria: quaz vtilis dialectica ei ſit: qui ius ciui
le pro eo ac decet tractare velit. Siquidem narrat Cicero: cum
Dialectica lux omnium artium ſit: iuri Ciuili miram lucem in-
ferre: ⁊ efficere vt ea que a dialectices ignaris confuſe aut reſpõ-
dentur aut aguntur: diſcretius ⁊ euidentius tradantur. Omit-
to hic quod ⁊ Craſſus apud Ciceronẽ neceſſariã iuriſconſulto ci
tra oẽs ambages affirmat. Quis putat virũ tantuz id tam libere
affirmaturũ: niſi res ipſa moneret expoſceretqꝫ? Ceterum de Dia
lectica plus fortaſſis diximus: quã pleriſqꝫ gratũ fuit: ſed quid fa
cerẽ? coegit me partim ſumma artis huius neceſſitas: partiz vti-
litas: vt de ea plura iuſto dicerem: poſtulat orationis a me inſti-
tute ratio: vt ⁊ quaz hiſtoriarũ cognitio iuriſperito vtilis futura
ſit: cõmonſtrem. Unde vero hic dicere exordiar? tanta dicẽdi ſe mi
hi offert ſylua. In titulo de origine iuris ea tradũtur a Pompo-
nio: que citra exactaz hiſtoriaruz veterum cognitionem intelligi
non poſſunt vnquam. Quid igitur iuris candidatus hiſtoriaruz
ignarus facturus eſt: vbi in iſtum titulũ inciderit? an ſe Accurſij
commẽtarijs adiutũ iri ſperat? Uerũ hi non plus opis ad intelli
genduz titulum adferent: quam ſi nihil legat: niſi forte fabulam
illam ab Accurſio: neſcio vbi exceptã aliquid momẽti habere pu
tamus: de ſapiẽte quodã: quem Greci: vt Accurſi⁹ refert: Romam
miſerint: exploratuz: an Romani digni eſſent: qui legib⁹ Grecorũ
poterentur: ceterum ſapiente illo Romam veniẽte: Romanos mo
rionẽ quendaz ſubornaſſe: qui cum Thalete illo in publico cõten
deret: vbi vero ad contentionẽ ventum ſit: ſapientem illum nutu

diſputare cepiſſe: ⁊ ſublato vno digito: vnius dei documētum de
diſſe: at ſtultum ſuſpicatuz ſibi a Thalete illo oculorum perni=
cem imminere duos digitos vna cum polliſſe ſuſtuliſſe: ⁊ Grecuz
illum trinitatem a morione concertatore ſuo oſtendi exiſtimantē
palmam pretendiſſe: qua omnia nuda ⁊ aperta oculis dei oſten=
deret. Morionez vero: ne a Greco palma in eius hereret malis: v
ritum pugnum quaſi referiturus eſſet clauſiſſe. Qua ex re cum ſa
piens ille Grecorum: quod ⁊ deus omnia palma clauderet: ⁊ R
manos dignos legibus Grecorum intellexerit: eum ad ſuos Gre=
ciam poſtliminio rediſſe. En habetis ſpecimē commentariorum
que Accurſius ille pulcherrimo illi titulo illeuit: e quib⁹ opinor
iuuenes: hiſtoriaruz quoque rudes egregie iuuari poſſent. Quid
vero commemorem quod idem Accurſius in voce vindicias / lu=
pum / quod aiunt auribus tenēs: neſcit an a Vitellio ſeruo orta
ſit / an / vt ipſe ſomniat verba ſolennia ſint: quibus quondam in li
bertate danda homines vſi fuerint. Jam ſi quis Accurſij ſimilis /
hoc eſt / pereque hiſtoriarum ignarus: in iſtum locum venerit: eā=
dem cum Accurſio cantilenaz canat oportet. Ceterum: qui Liuiū
in ſecundo ab vrbe condita legerit: is intelligit vindicte vocabu
lum ⁊ vindicias a Vindicio ſeruo quodam indice coniurationis
filiorum Bruti: ⁊ Tarquiniorum dictas: qui primus dicitur vin=
dicta liberatus: vnde ⁊ nomen vindicte ab illo ductum preter Li
uium Plutarchus quoqꝫ author extitit. Taceo quod in codez ca
pite Pomponius quoque iuriſconſultus rudem in errorez conij=
cere poſſet: vt qui decem viros conſtitutos eſſe ſcribit: qui in Gre=
ciam profecti nobiles Solonis leges: iuxta Lacedemoniorum ri=
tus ⁊ conſuetudines deſcriptas Romam deferrent: cum tam Li=
uius quam Feneſtella (e cuius fontibus bonam partem preſen=
tis tituli Pomponium hauſiſſe quis dubitat:) tradant tres tan=
tum viros: Sp. Poſthumium. P. Sulpitium: Aulum Manliuz ab
legatos vt preclaras Solonis leges ⁊ mores aliarum ciuitatum
Grecis percognitas Romaz transferrent: qui vbi ita vt iuſſi erant
factitarunt: tandem decem viros creatos: qui ex illis legibus mo
ribuſqꝫ patrijs: Romanas leges ⁊ ſtatuerent: ⁊ in tabulas refer=
rent. Sed arenam metior: quod omnes errores qui aliquando ⁊
a Pomponio ipſo: ⁊ maxime ab Accurſio: ⁊ ſuis aſſeclis commiſſi
ſunt: hiſtoriaruz inſcitia oſtendere conor. Jam cum in vno titulo
hiſtoriarum ignorantia a deo hallucinatum ſit quid in vniuerſis
Pandectarū titulis factuz eſſe exiſtimatur? Non male igitur is ſi
bi ſuiſqꝫ ſtudijs iuris Ciuilis conſulit: qui prius hiſtoriarum co=
gnitionem ſibi comparat: quā illa tam ſublimia ſtudia inuadat.
Accedit his: quod cum in titulis ſepiſſime Ceſarum fiat mentio:
a quibus leges condite ſunt: an non prudenter facit: qui priuſqꝫ
in hiſtoriaruz lectione verſetur: quo tempore quiſqꝫ Ceſarum flo
ruerit: quid preclari geſſerit: quas leges condiderit: quaz poteſt
diligentiſſime perdiſcit: alioquin vereor ne cum Accurſio: quādo
de ceſare aliquo ſermo incidit: aut plus quam piſcis mutus ſit



aut in re minime obſcura: ⁊ vt Greci dicūt: in ipſo ſole caliget. An
ne vero pudenduz eſt: quod Accurſius tantus iuris interpres: tā
ſepe velut in ſalebra herēs ambigit: quinā fiat quod in decretis
Juſtinianus Cōſtantini filius tradatur ⁊ apud alios hiſtoricos:
ſi modo vllos vnqꝫ legit vno ore Juſtinianū Juſtini a puero ſu=
bulci / mox bubulci / poſtremo lignarū fabri miniſtri filium: fuiſſe
memorie proditū ſit. At ignorat bonus Accurſius illuz Juſtinia=
num cuius in decretis mētio ſit: aliū quendaz fuiſſe poſteriorem
Juſtiniano Juſtini filio: quorū ille ἀναλφάβητος a nariuz opi
nor truculentia: hic ῥινότμητος cognomēto dictus eſſe fertur.
An vero ferendū in Accurſio: quod in inſtitutionib⁹ §. illud pro=
priū. titu. de adoptionibus. vbi narratur quo pacto Augu. Ce=
ſar non ante Tiberium adoptauit: quam is Germanicum ado=
ptaſſet: tam ruſtice ſcribit diuus Auguſtinus. his enim oratio=
nis floribus ludit: volebat adoptare quendā nomine Germani=
cū: ignarus quiſnam ille Germanicus fuerit. At ſi hiſtoricos con
ſuluiſſet: Germanicuz filiuz fratris Tiberij fuiſſe cōperiſſet. Quid
quod ⁊ ad hoc hiſtoria Ceſaruz penitus perſpectas eſſe iuris cā
didato profuerit: vt ſi legem latam a quodaz Ceſare in Pādecta
rum libris legerit: ex Ceſare ſtatim quo tēpore ea lex cōſtituta ſit
cognoſcat / ea ratione ⁊ quid Ceſarē ad talē legē ferēdaz cōmoue
rit / intelliget / ⁊ an huic ſeculo lex illa congruat: perſpiciet. Non
enim mihi diſplicet ſi illud in legibus obſeruetur: quod in cano
nibus plerique faciendū eſſe preceperunt: nimirum vt quo tēpo=
re: a quo: ad quos: quibus de cauſſis leges late ſint etiam atque
etiam perpēdatis. Si quidem vt alia tempora: alios mores poſtu
lāt: vt alij morbi alijs remedijs curari volunt: ita nec eadem ſecu
la eaſdē leges ferunt: nec eedem cauſſe iiſdē legibus tranſigi poſ
ſunt. Et quod de Ceſarib⁹ a me dictum eſt: illud quoqꝫ in iuriſcō
ſultis: in pretorib⁹ tribunis plebis: quorū reſpōſa / edicta / plebiſci
ta plurima in Pandectas redacta ſunt: obſeruari velim. Nimirū
vt iuriſperitus: quiſnam vel iuriſconſultus ſit: cuius reſponſum
legit / quis pretor / cuius edictū repetit: quis tribun⁹ plebis: cuius
plebiſcita memorie prodātur: exploratum habeat. Sed quid? pe
ne preterij quod minime pretereundum eſt: hiſtorie preter quam
quod res geſtas docent: etiam ad vitaz tam ſuam quam aliorū
informandam faciunt: dum varia variorum hominum conſilia:
acta / euentus / varia exempla / caſus ſapiētie / temeritatis referūt /
e quibus omnibus iuriſconſultus ⁊ vite priuatim degende ⁊ pu=
blice inſtituende rationes petere poteſt: ita vt reipublice guber=
nande admotus: ⁊ ſe pro eo ac decet gerat: ⁊ in commune alio=
rum vite recte conſultat. Et vt alia hiſtoriarum exempla omit=
tam: qui legerit Fabium maximum: quod is Publico Craſſo rus
cōcedenti de tertio bello punico indicto: de quo remotis arbitris
clam in ſenatu actum erat: narrarit: grauiter a ſenatu obiurga=
tum: hic in rēpublicam adminiſtrandam adcitus taciturnitatē
optimū ⁊ tutiſſimum rerum publicarum agendarū teluz eſſe co=

gnoſcet. Et provide: nõ temere: que ſecreto in ſenatu agẽda ſunt efficienda eſſe admonebitur qui in hiſtoriis didicerit: olim minores natu: adeo grandioribus natu honorem habuiſſe: vt iuuenes die illo quo ſenatus haberi ſolebat aliquem ex patribus conſcriptis: aut propinquum: aut auum paternum ad curiam deduxerint: & abeuntem rurſum reduxerint: is in republ. quoq; ſua curabit: vt & iuuenta ſenecte ſuus honos tribuatur: & iuuentus ſobrie & modeſte viuat: id quod ad concordiam reipu. maximus eſt gradus. Qui apud hiſtoriarum authores legerit maiores natu in conuiuiis quondam ad tibias preclara maiorũ geſta in verſus redacta recinuiſſe: vt ad ea factis exprimẽda iuuẽtus excitaretur: is manibus pedibusque ↄtendet: vt ex conuiuiis: q̃ in republica: cui regende prefectus eſt: agitantur iuuenes meliores habeant: breuiter in hiſtoricis nihil nõ offenderit quod ad rempublicã bñ & feliciter ↄſtituendã cõducere valet. Ex iis omnibus optimi auditores luce meridiana clarius: petere arbitror: q̃ cõmodam viã ad ius ciuile & intelligendũ: & p dignitate tractandũ premuniat ſibi is qui hiſtoricos nocturna verſet manu: verſetque diurna. Enimuero q̃ & poetarum lectio ad iuris ciuilis ſtudia magnum aditum aperiat: breuius q̃ alia commõſtrabo: quod ad ea: que: vt a me dicatur inſtitutus orationis mee curſus poſtulat: mihi & tempus & veſtra audiendi benignitas: non deſit. Sed ad rem: poetarum lectio hoc nomine iuris candidato vtilis erit: quod ex illis & ſententiarum ſpiritus: & verborum ſublimitas & in adfectibus motus oĩs: quibus omnibus iuriſcõſulto in cauſſis agẽdis vtẽdum eſt peti queat. Tum vt iuriſconſultus: cuius aures quotidianis conſultorum flagitationibus aſſiduis fori clamoribus pene obſurduerũt: dicã an enecte ſunt: habeat in quo ſe recreet: habeat in quo ſe colligat. Et hac gratia Cicero: vt ipſe fatetur: iuris ciuilis & poetarũ omniũ peritiſſimus: in poetarũ lectiõe requieuit. hic etiã eſt opinor quod Modeſtinus nõ cõtemnende authoritatis iuriſconſultus. (ſic eñ eum predicat imperator Iuſtinianus) in l. ad exhibendum. C. eo. titu. non tantum poetarum lectioni aliquot horas ſuffuratus eſt: verumetiã periochas in vergilii libros compoſuit. Voluit enim vir ille iuriſconſultiſſimus omnium grauiſſimis ſtudiorũ laboribus feſſum: blandis illis poetarũ illecebris aliqñ refocillare. Quid vero cõmemorem: quod poetarũ verſiculi nõ raro & cauſſis aut ↄbãdis aut improbãdis vel Accurſio teſte: accõmodari poſſunt. Sic interptes Demoſthenis in orõne περὶ παραπρεσβείας ſcribit: cõtendẽtibus Athenienſibus cũ Megareis de Salamina inſula: Solonem verſiculo quodam homeri cauſſam ſuã iudicibus approbauiſſe. Nã cũ homerus ſcripſiſſet.

αἴας δ' ἐκ σαλαμῖνος ἄγεν δύο καὶ δέκα νῆας.

Quem ſic vero.

Aiax biſſenis Salamine ex nauibus ibat:

Solonem hunc verſum intercalaſſe.



στῆσε δ' ἄγων ἵν' ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες.

Quem ſic tranſpono.

Cecropide ſtatuit quo tum ſtatuere phalanges.

Et ſic diſceptatoribus Lacedemoniis.

Salaminas Megarenſibus adiudicatas. An non vero Imperator Iuſtinianus in inſtitutionibus titulo de lege Aquilia probaturus & ſues pecudum appellatione contineri quia gregatim paſcantur: homeri verſiculo ex Odiſſea probat: verſum/quia in pleriſq; exemplaribus deſideratur: adſcribam.

κλαγγὴ ἄσπετος ὦρτο σύων αὐλιζομενάων.

Quem verſum ſic vertere potes.

Grunnituſq; ſuum eſt: ſtabulantum magnus obortus.

Idem Imperator in titulo de emptione & venditione probaturus permutatione rerum emptionem & venditionem contrahi: eamq; ſpeciem emptionis & venditionis vetuſtiſſimam eſſe. Homeri teſtimonio probat: qui in ſeptimo Iliados aliquam partem exercitus Grecorum vinum ſibi comparaſſe: ait/permutatis quibuſdã rebus. Verſus ſi quis deſiderat ſunt hi.

ἔνθαρ' οἰνίζοντο καρηκομόωντες ἀχαιοί.
ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ.
ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτῇσι βόεσσιν.
ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι.

Quos verſus ſic vt cunq; vertimus.

Tunc redimunt Greci dulciſſima vina comati.
Aera illi promunt: ferrum pars altera candens.
Adfert: dant tauros dant bubula tergora multi.
Pars bona ne vinum deſit: mancipia tradit.

Iuriſconſultus in. l. Aut facta: in pandectis de penis: confirmaturus exilio voluntario caſus fortuitos luendos eſſe: ex inſigni: ſic enim Iuſtinianus Ilias vocat: homero confirmat: cuius hi verſus ſunt Iliados ſecundo.

ἔνθα με τυτθὸν ἐόντα μενοίτιος ἐξ ὀπόεντος.
ἤγαγεν ὑμέτερόνδ' ἀνδροκτασίης ὕπο λυγρῆς.
ἤματι τῷ ὅτε παῖδα κατέκτανον ἀμφιδάμαντος.
νήπιος οὐκ ἐθέλων, ἀμφ' ἀστραγάλοισι χολωθείς.

Et hos verſiculos ſic ex tempore verti.

Tunc puerum adhuc me meneetius ex Opoente.
Aedes ſub veſtras duxit quo tempore cedem.
Committens triſtem: puerum Amphidamante peremi.
Prognatum fatuus nolens: ſed percitus ira.
Talorum in ludo rabie dementer amata.

Iam ſatis opinor liquet: olim etiam grauiſſimis cauſſis probandis poetarũ verſiculos adhibitos eſſe. At ne qs putet vel Iuſtinianum: vel veteres iuriſcõſultos: cauſſas ſuas poetarũ verſib' ap

pꝛobaſſe:audite ⁊ gloſſularios ⁊ pleroſqꝫ illos iuris interpꝛetet
idez ſibi ſumpſiſſe. Eſt gloſſa in Leg. de queſtione. in verbo: alie-
ne. C. de tranſactionibus. vbi gloſſularius pꝛobaturus legē: quā
in pꝛeſentia referre neceſſe non eſt: vt que facile in pꝛomptu eſſe
queat: non de liberis: qui de parentum moꝛte inquirere ſolent: ſz
extraneis verba facere: verſiculo Ouidij firmat: qui eſt:
Filius ante diem patrios inquirit in annos.
¶ Eſt gloſſa in. l. vnica. in verbis erroꝛem Calculi. C. de erroꝛe Cal-
culi: que Calculum album pꝛo melioꝛe die vſurpatum: Perſij pꝛo
bat verſiculo: qui eſt: Hūc Macrine diez numera melioꝛe lapillo.
¶ Eſt gloſſa in. l. ſi creditoꝛ in verbo: ſe perdidiciſſe. C. de pignoꝛati-
tia actione: vbi Accurſius ait (ſpeciem legis qui volet ſcire: ipſaz
legem conſulat) an ſine culpa ſe perdidiſſe pꝛobare debeat ſub iu
dice lis eſt. Et mox addit verbuz Hoꝛatij. Eſt gloſſa in capitulo:
pꝛadentes. in verbis vt debere extra de donationibus. que citās
illud domini. Beatius eſt dare: quam accipere: illico ſubdit: pꝛo-
inde locū Martialis in Sceuolā pꝛobꝛa ingerere quod apud om-
nes eſitaret: apud eum vero ederet nemo: verſiculi ſi quos iuuat
audire ſunt hi:
Sceuola tu comedis apud omnes: nullus apud te.
Alterius ſiccas pocula: nemo tua.
Aut tu redde vices: aut deſine velle vocari.
Dedecus eſt ſempere ſumere: nilqꝫ dare.
¶ Sed quid vniuerſas gloſſas que poetaruz verſibus condite ſunt
retexo? Reliquum eſt: vt ⁊ pleroſqꝫ iuris interpꝛetes poetarum
verſibus in grauibus rerum diſertationibus vſos eſſe common
ſtrem. Ceterum ne longius quā ſupꝛa inſtitui: in hac oꝛatiōis par
te verſet: vnū illud in pꝛeſentia referam. Jaſon in appendicibus:
quas commentarijs Chꝛiſtophoꝛi Poꝛci in inſtitutionum libꝛos
aſſuit: in titu. qui ⁊ ex quibus cauſſis manumittere non licet. in. §.
in fraudē creditoꝛum: in queſtionez vocans: an in rebus pꝛobabi
libus ignoꝛantia cenſeatur: reſpondet rerum alienaruz pꝛobabi
lem ignoꝛātiam exiſtere poſſe: quod nemo rerum alienarum: niſi
ad ſe pertineant: curioſus eſſe debeat: vnde inquit: ⁊ illud eſt Te
rentij in Heautontim. Tantum a tua te ocij tibi eſt: reliqua no-
ſtis En habetis optimi auditoꝛes: cur nam poetaruz lectio iuriſ
conſulto vtilis eſſe queat: ſiquidem ex illis exemplo tam veteruz:
quam recentioꝛum iuriſconſultoꝛum cauſſarum etiam firmamen
ta comparare poteſt. Poſtulat oꝛatiōis oꝛdo vt ⁊ illas duas Phi-
loſophie partes: quarum vna: quia nature a ſecretis quodam-
modo eſt: ἡ φυσικὴ altera: quia moꝛes infoꝛmat ἡ ἠθικὴ appel-
latur: iuris candidato vſui foꝛe doceam. Et ἡ φυσικὴ quidem
iuriſconſulto pꝛodeſt: quod iuriſconſulto frequenter in venefi-
cos oꝛationis impetus dirigendus eſt: in quos frigide ⁊ ridicu-
le dixerit: niſi quibꝰ rebus venena parentur: quomodo hoīes ene-
cent: exploꝛaum habeat. Ut vero exploꝛatum habeat: ἡ φυσικὴ
auxilio fuerit. Nō ſibi ꝯſtabit iuriſcōſultus: ſi in mulieres: q̄ par-



tus medicamentis abegerunt: oꝛationis mucro ſtringendus ſit:
niſi ex τῆς φυσικῆς aditis q̄bus modis id fieri poſſit ⁊ an fie-
ri valeat: exp̄rompſerit. Sic Cicero in oꝛatione pꝛo Cluentio nō
vnquā tam diſcrete: tā pꝛudenter Oppianicum veneficij reū per-
agere potuiſſet: ſi nō philoſophie quoqꝫ eius. que rerū cauſſas in-
quirit ⁊ docet: gnarꝰ fuiſſet. Que oꝛatio adeo poſteritati placuit:
vt iuriſconſultus in titulo de penis honoꝛificā mentionē eius fa-
cere non dedignet? At ſi in homicidas detonandū ſit: o quā ſuda
bit iuriſconſultus: ſi nō cur ex vulnere illato aliquis perierit: ra-
tiōibus e Philoſophia naturali depꝛomptis docere potuerit: glo.
in. l. pꝛima. C. de emendatione ſeruoꝛū differit: quod ſi quis ſeruū
alienū occiderit: cum legi Aquilie obnoxium teneri: niſi pꝛobare
queat: ſeruum illum ex vulnere non obijſſe: id vero quomodo ꝓ-
bare poterit homo eius Philoſophie partis q̄ rerū arcana ſcru-
tatur: penitus ignarus? Hic locus de philoſophia τῇ φυσικῇ
mihi paucis attingendus fuit: vt ⁊ alia que adhuc mihi dicenda
incūbunt: pꝛo dignitate exponere poſſim: Pꝛoximum vero eſt: vt
oſtendam ⁊ alteram philoſophie partem: que ad moꝛes fingen-
dos conferat: futuro iuriſconſulto oppido frugiferā foꝛe. Pꝛinci-
pio iuris Ciuilis ſciētiam rē ſanctiſſimā eſſe ꝯſtat. l. j. ff. de varijs
⁊ extraoꝛ. cogn. Pꝛoinde ⁊ eos qui ei pꝛeſunt: ſancte: integre ⁊ mo
rate viuere decet: ne pꝛofeſſionē adeo ſanctam malis ſuis moꝛibꝰ
de honeſtent ⁊ dedecoꝛent. At quinam iuriſconſultus ſe optimis
moꝛib. exoꝛnare poteſt: hoc eſt honeſte viuere: alterum non lede-
re: nam ita moꝛes hominum foꝛmat Philoſophia illa ἡ ἠθικὴ qui
hanc philoſophie partem: que moꝛes fingit: vel extremis labꝛis:
vt dicitur: attigit nunqꝫ? non magis pꝛofecto hoc facere poteſt (ſi
modo pꝛophana cum ſacris conferre licet (atqꝫ is Chꝛiſtianam
vitam inſtituere valet: qui eos libꝛos: qui ad Chꝛiſtianiſmum in-
foꝛmāt: nec ipſe legit vnqꝫ: nec ab alijs ſibi enarrari audiuit. Hinc
ipſo vſu comperimus: quā ſpurce: quam illiberaliter: quam mole
ſte viuatur a iuriſconſultis ijs: qui illam philoſophie partē quaz
Socrates e celo deuocaſſe fertur: contempta / illotis quod aiunt
pedib. ad ſanctam illam iuris pꝛofeſſionem inuolarunt. Accedit
ijs quod cum ὑπολιτη vna ſit Ethices pars: quid obſecro Ju-
riſconſultus Reipublice clauo admotus: in Repub. ſe dignum fe
cerit: q̄ neqꝫ ea que Plato: neqꝫ que Ariſtoteles περὶ πολιτείας
ſcripſere: diligentiſſime ⁊ legerit: ⁊ tenuerit? An domum commo-
de adminiſtrare poterit: ſi τὴν οἰκονομικὴν aut ipſe nō legit: aut
ipſe non legit: aut nec ab alijs recte tractari vidit? Nemo opinoꝛ
hoc dixerit. Nec igit̄ τὸ πολιτεύεσθαι ꝓ eo ac decet aliq̄s qui
uerit: niſi vel in illoꝛuz libꝛis verſatus ſit: q̄ politie retiōes docēt:
vel apud eos egit: q̄ ea q̄ in libꝛis τῆς πολιτείας ſcripta ſunt
factis in Republi. p̄claris oſtēderūt: Taceo hic q̄ iuriſconſulto
nūquā nō de equo bono: honeſto / iuſto iniuſto / ſiue cauſſas agat:
ſiue ꝯſilijs iuuet alios dicēdū eſt. Quid em̄ eſt aliud iuris pꝛudētia:
q̄ꝫ iuſti iniuſti ſciētia? L. ij. ff. de oꝛigine iuris. Pꝛoinde pleriqꝫ in-

riſpendẽtiam partem philoſophie illius que a moribus formã
dis nomen habet: exiſtere affirmant. At vero vnde equi/boni/
honeſti/rationes deriuabit: niſi ex Platonis legibus: niſi ex li=
bris Ethicis Ariſtotelis? ex quorum ſcriptis veteres iuriſcõſulti
multa adeo deprõpſerũt. Poſtremo cum ſepe neceſſitas: que (vt
in prouerbio eſt) ferijs caret: ꝛ telum eſt acerrimũ vigeat: vt quo
Reipub. ſtatus in trãquillo ſit: improbos accuſemus: vituperio
afficiamus: probos laudem⁹: defendamus: At vtrũlibet horum
pro decoro tractandũ: plurimum in illa philoſophie parte: que
Ethice dicitur: elaboraſſe profuerit. Hinc enim ꝛ virtutũ ratio=
nes: propter quas homines laudibus ornamus: hinc vitiorũ ſca=
turigines quorum ergo homines inſectamur fluunt. An vero pu
tamus Ciceronem in verrem: in vatinium tam vehementer: tam
prudenter dicere potuiſſe: ſi non ex moralis philoſophie libris:
vitiorũ formas tam probe perdidiciſſet? An tã ſplãdide: tã diſer=
te Archiam poetã laudib⁹ tollere potuiſſe exiſtimamus: niſi vir=
tutum genera ex Ethices monumentis gauſiſſet? quod ſi hec
mea argumẽta alicui nõ faciunt fidem: vt credat philoſophiam
tam moralem: quã naturalem iuriſconſulto prodeſſe: huic fidem
faciat ipſe Cicero: ꝛ ipſe iuris Ciuilis calentiſſ. qui in pluribus
libris: ꝛ epiſtolis teſtatur dicendi facultatem: quã Iuriſconſulti
κτήσει dicam an χρήσει ſuam eſſe affirmãt: ex intimis ſapiẽ=
tie fontibus fluere: ꝛ hoc nomine quondam eoſdem fuiſſe. qui ꝛ
morũ ꝛ dicẽdi p̃cepta traderẽt. Sed iam tẽpus eſt: vt ad id quod
in extrema orationis parte mihi dicendum ſampſi veniam: ni=
mirum tam Latine quam Grece lingue peritiam futuro iuriſcon
ſulto admodum ꝛ vtilem ꝛ neceſſariam exiſtere. Atque hic ora=
tos volo eos: qui partim temporum iniuria: partim preceptorum
inopia neutram harum linguarum perdiſcere potuerunt: ne
egre ferant: me has linguas iuuenibus commendare. Non enim
id a me eo animo fiet: vt ſenes in ordinem redigam: ſed vt quam
compendioſa via ad iuris Ciuilis ſtudia] vtriuſque lingue via=
tico inſtructi perueniant: oſtendam: ſed ad rem. Hoc vobis:
qui Pandectarum libros euoluiſtis: exploratũ arbitror legum
ſermone nihil latinius/nihil terſius/nihil politius vel dici vel ex=
cogitari poſſe. Quod ſi quibus Pandectarum libros adhuc per
etatem adire non licuit: ij ex Laurentio Valla: qui in omnium
manibus teritur: haud dubie didicerũt: quid de illis libris: quã=
tum ad ſermonis cultum attinet ſtatuendũ ſit. Nam is in libro
elegantiarum tertio ſcribit ſe relegiſſe quinquaginta Pandecta
rum libros cum quadam admiratione: adeo vt primũ neſcierit:
vtrum diligentia ne an grauitas prudentia an equitas/ſcientia
rerum/an orationis dignitas preſtet/ꝛ maiori laude digna eſſe
videatur. Et priſci vt idem inquit iuriſconſultus: quales quan=
tique in eloquendo fuerint: iudicare non poſſumus: quippe
quorum nihil legimus: his autem qui inter manus verſantur:
nihil eſt mea ſententia: quod addi adimique poſſit non tam elo=



quentie: quam quidẽ materia illa non magnopere patitur: quã
latinitatis atque elegantie. ſine qua omnis doctrina ceca eſt ꝛ
illiberalis: preſertim in iure ciuili. hec ille. At vero quum tanta
ſit in legum Ciuilium libris elegantia ꝛ natiua ſermonis pro=
prietas: quinam obſecro Iuris Ciuilis ſtudijs deſtinatus: ꝛ
omnis elegãtie: omnis latinitatis ignarus: aut per ſe ad plenũ
leges intelliget: aut vt alij intelligant efficere poteſt? An qui
Attice lingue non prorſus ignarus eſt: Demoſtenis/Platonis/
Luciani libros recte aſſequetur: aut vt alij aſſequantur effece=
rit? An lingue Heb raice non ſati peritus biblia Hebrea probe
intellexerit? An: vt ad vulgares linguarum dialecticos veniã:
qui gallice ſonare non exacte poteſt: Gallorum ſcripta ex=
acte interpretabitur? Num qui Germanorum linguam nõ abſo=
lute callet ea que a Germanis vel eloquũtur: vel ſcripta extant:
abſolute aſſequet? Breuiter an quis ſcripta qualis qualis tan=
dem lingue cuius non ad vnguẽ peritus eſt: intellectu compre=
hendet? nemo: vt mea fert opinio: niſi Morico illo Lucianico ſtu
pidior ſit: hec adfirmarit. Nec igitur iuri Ciuili deſtinatus ex=
acte ꝛ ad amuſſim leges intellexerit: ſi Latini ſermonis nitorem
quo ille ſcripte ſunt: non ad amuſſim perſpectũ habeat. At hic
reclamabit aliquis: ergo Accurſius/Bartholus/Baldus/ꝛ ſi
qui ſunt alij inter illos interpretes Iuris in legum abſtruſa nõ
penetrarunt vnquam: quippe qui id quod in confeſſo eſt: lingue
Latine mundiciem ſibi non compararunt? Audi tu: ego quam=
uis per etatem de tantis viris fortaſſis pronuntiare non poſſum:
nec ſi poſſem: in tanta a me diſſentientium varietate facerem:
quod id mihi inuidioſum nec minus ſupercilioſum in me eſſe
poſſit: tamen quando hac mea oratione aliud ſpecto nihil: quã
vt prima diſcentium iuuentur ſtudia: non tam Iudicis: quam
coniectoris perſonam in me recipiam. Et paucis dico Accur=
ſium/Bartholum/Baldum/ꝛ alios huius gregis interpretes
lingue Latine ignaros non quidem in legum omnium exegeſi
allucinatos eſſe: id quod partim ingenij felicitate: qua olim non
parum multi Iuriſconſulti effloruerunt: accidit: partim labo=
re infatigabili ꝛ improbo: qui cum omnia vt Poeta ille in=
quit: vincat: legum quoque difficultates in pleriſque literarũ
latinarum ignaris expugnauit. At multo felicius: multo labo=
re minori feliciſſima illa ingenia legũ adita recludere potuiſſe:
ſi nature felicitati: vſus quoque literature latine acceſſiſſet: citra
omnes ambages exiſtimo. Sed cũ temporum iniquitate latini
ſermonis peritia tam preclaris ingenijs negareur: o quã ſepe in
ſole (vt in prouerbio eſt) calligarunt ꝛ noctẽ: vt inquid Seneca:
in oculis geſtarũt? tum quã ſepe in legũ interp̃tationib⁹: propter
latine lingue ignorãtiam trãſuerſi in neſcio quẽ a legib⁹ aberrã=
tem ſenſum: abrepti ſunt. Exẽpla hic referre opus non eſt: qui vo
let Budei: Alciati: Zaſij procerũ iuriſcõſultorũ noſtri ſeculi ſcri=
pta elegãtiſſima euoluat: ꝛ exẽpla plura quam inuictis illis bar=

bariei patronis gratũ exiſtet: reperiet. Adhec Cicero ꝓprietatẽ ſermonis iuriſcõſultis peculiarẽ eſſe debere: affirmat. Quid vero aliud eſt ſermonis ꝓprietas quã latini ſermonis mũdicies ꝛ caſtimonia? hanc dicẽdo iuriſcõſultus nõ vnquã tuebitur: qui non eam a puero excoluerit: perdidiceritqꝫ. Quid vero hic cõmemorẽ: quod iuriſcõſulti: qui latine loquũtur: citius legũ intelligẽtiam in auditorũ animos trãſfundũt: quã qui adeo barbare dicunt: vt Gotthum quẽdem dicere credas? Quis enim nõ citius intelligit eum: qui bellũ: quã qui guerrã adeſſe: qui inducias datas: quam qui Treugam cõceſſam dicitur? Quis eñi non citius adſequetur: quid proſcripti: quid preconio citati ſint: quam quid banniti exiſtant? quid retorquutio ſignificet: citi⁹ auditor intellexerit? quid ſit excribere/ deſcribere/ exẽpiũ ſumere/ quã vt pleriqꝫ loquũtur: exemplare: prius intelligitur quid ſit exẽplum recognitum: quã quid exemplatũ: collationatum exiſtat. An non vero quis citius intelligat: ſi dicam ſtipulatio diſiunctiua eſt: quã ſi ſtipulatio alternatiua eſt: dixero? Mirum: niſi quis prius intelliget: quid ſit legibus ſoluere: quã quid diſpenſare: quid thema ꝛ propoſitum vel ſpecies legis ſit: quã quid caſus exiſtat. Emoriar: ſi non prius iuuenis perceperit: quid profiteri ſit: quam inſinuare donationem. Quid ſit equus: quid iniquus iudex: quam quid fauorabilis ꝛ non fauorabilis. Sed hic quiſpiam cui latini ſermonis elegantia nauſee eſt: obſtrepuerit. Vis tu vocabula in ſcholis iuriſconſultorũ recepta e ſuo loco mouere ꝛ tollere? Audi tu: nihil eſt quod malim: quam cum omnia ſtudia priſtino nitori reſtituta ſint: iuris quoque ciuilis ſtudium in priſtinum gradum reſtitui: ſed quando plerique qui hoc noſtro ſeculo iura profitentur: preter barbara iſta vocabula: in prõptu non habẽt vlla: boni conſulendũ erit: ſi quas a ſuis preceptorib⁹ didicere voces: auditoribus communicent. Ceterum iuuenes: qui iſta tempeſtate: qua omnes bone litere efflorverũt: iuri ciuili ſe addicunt: paululum elegantioribus vocibus aſſuefieri velim: vt aliquando vbi ſenes noſtri eis lampada: quod aiunt: curſu tradiderint: ſtudia iuris in lucẽ veterẽ reuocari queãt. Porro quod Alexander de Imola quodã loco: enim non inter iuriſcõſultos numerãdum putat: qui non in ore habeat voces iuriſcõſultis aſſuetas: hoc eſt (ſic enim ego intelligo) qui nõ cõmuni barbarie cum alijs fruatur: ᾧ βαρ βαρίζει mea quippe ſentẽtia perridiculum eſt: quando conſuetudo latine loquẽtium digna ſola ſit que a nullo nõ exprimatur: ſed illi viro: quãdo barbaro ſeculo florens aliter ſentire quã barbare non potuit: cõdonandũ eſt. Sub hec latine lingue peritia: hoc quoque commodi iuriſconſulto apportat: vt qui ea imbutus eſt: ſincerius ꝛ felicius iura doceat. Qui enim latinam linguam docti ſunt: hac fere ratione in legũ exegeſi vtũtur: primo omniũ ſpeciem legis auditoribus enarrat: deinde vſum legis oſtendunt: quid enim refert te pluſquam Myriadas legum in numerato habere: ſi nullius vſum certum teneas. Poſtremo: quibus



argumentis nomotheta aliquis vtatur: quibus orationis floſculis laſciuiat: indicant. Tum ſi quid in interprete aliquo prime clauſſis adnotatũ eſt: qđ ad legẽ faciat: id in loco: ꝛ cõmode adducunt. Quod ſi exẽpla huius rationis docendi leges requiſitis conſulite ea que vel Zaſius vel Alciatus latine lingue callentiſſimi in leges ſcripſere: ꝛ me vera dixiſſe comperietis. At ſcholaſticum (inqt) hoc docendi genus eſt: recte ſcholaſticum ais: vt qđ ſcholis: meo quidem iudicio non male congruat. Nam illud qđ a pleriſqꝫ in ſcholis receptum eſt: vt tunc quiſque ſuo officio ſe egregie defunctum arbitretur: ſi vel plus minus mille leges vna hora effundat: vel ſi quod Italis placere video: in interpretibus magis quã in legibus illuſtrandis deſudet: nõ dãno quidẽ: ſed prius illud docendi inſtitutum memoriã potius interpretis oſtẽtare: quam auditoris progreſſum nauare videtur quando fieri non põt vt auditores tot leges meminiſſe aut poſſint: aut velint: poſterior vero docendi ratio tempori extrahẽdo inuenta eſſe apparet. Sed quid hec moneo: aut curo? in docendo rationẽ: que cuique optima eſſe videtur: per me licet ſequatur. Sed vt eo quo digreſſa eſt ratio mea redeat: lingue latine cognitionem cum ad alia multa: tum ad ſyncere ꝛ commode docendas leges conducere dixi: id quod ꝛ teſtatur Cicero: dum Seruium Sulpitium hac gratia eloquentiam que latini ſermonis natiua puritas eſt: aſſumpſiſſe ſcribit: vt ius Ciuile facile poſſit tueri. Hoc qđ aliud eſt: quam ius Ciuile apte docere? Nec fruſtra idem Cicero Sceuolam preclarum quoque iuriſconſultum laudat: quod oratione limatus fuerit: de quo illud dicere ſolitus erat. Sceuolam iuriſperitorum eloquentiſſimum: eloquentiũ iuriſperitiſſimum exiſtere. Cur orator ille eloquentiã in Sceuola laudibus ornaret: ſi non ea oratori apprime neceſſaria ꝛ vtilis foret: quando ſtultum eſt aliquid in aliquo laude tollere citra quod quis facile munus ſuum tueri poſſit: nec aliquid emolumenti alicui addat. Nec idẽ Cicero Cathonẽ iuriſperitiſſimum: in dicendo preſtantiſſimum fuiſſe ſcripſiſſet: ſi nihil momẽti latine lingue cognitio iuriſprudẽtie adiungeret. Sed qđ veteres iuriſperitos tantũ recenſeo? ſunt et noſtro ſeculo Sceuole: Sulpitij: Cathones: inter alios vero (nã oẽs nominare longum eſſet) eminet Gulielmus Budeus: Alciatus. Vdalricus Zaſius: de primis duob⁹: nõ ita multo poſt dicam: de poſtremo hic locus exigit: vt commemorẽ. Quanta vero dicendi ſcientia Zaſius preſtet: preter diſcipulos ſuos: qui eo Friburgi iura publice frequenti auditorio profitente preceptore vſi ſunt: ſcripta quoqꝫ eius elegantiſſima: terſiſſimaqꝫ declarant. Nec mihi credibile eſt virum illum tantis vigilijs: tanto ſudore: tanto ſcribẽdi tedio: non enim aliter hoc ſacrum conſtat vt Grecis in prouerbio eſt: illã ſuam latini ſermonis puritatẽ veneremque redempturum fuiſſe: ſi non eam ad iura Ciuilia: et neceſſariam: et commodam intellexiſſet. Supereſt: vt Grecanice literature cognitionem iuris Ciuilis candidato oppido neceſſa=

riam ſarta vtilem eſſe oſtendam. Primo omnium bonam partē
legum Ciuilium quas in Pandectarum libris conſutas habe=
mus: e Grecorum Platonis: Ariſtotelis: Demoſthenis: Homeri
denique libris collectas: tam manifeſtum eſt: quam quod mani=
feſtiſſimuz. Jam quamuis πρὸς τὰ ἄλφιτα non conducit: ta
men mire leges intelligibiles reddit: e quibus fontibus emana
runt: compertum habere. Tum quod non raro riuuli tm̄ legū in
Pandectas deriuari ſunt cum in ipſis authoribus omnia pleno
fluant alueo. Tum quod in noſtris codicibus plerunque lacu=
nas Grecis legibus vacuas relictas cōperimus. Quid igitur hic
fecerimus: vbi vel leges nō integre: vel prorſus expūcte inuenirun
tur? num diuinare potuerimus? id quod Accurſius ſubinde in
ſtudio habet: quid aut relictum: aut omiſſuz ſit: ſi non ipſos au=
thores e quibus leges decerpte ſunt legerimus? Sed agite: exē=
plis agamus. Calliſtratus iuriſconſultus in titulo Pandectarū
de nundinis: negotiatores ⁊ agricolas: ⁊ ſi qđ aliud genus hoīm
eſt: quod exportat ⁊ importat merces ciuitati bene cōſtitute vti
les eſſe: ex Platone probat. Uerum hic locus in exemplaribus no
ſtris deſyderatus fuit: nec facile quid ſibi Calliſtratus velit in=
telligi poſſet: nec e quo Platonis libro deſcriptus eſſet: facile ſci=
uiſſemus: ſi non Andreas Alciatus alter noſtri ſeculi Sulpitius
locum iſtuz ex libro Platonis de legibus ſecundo reſtituiſſet. Eſt
preterea in lege ſecunda in Pandectis de legibus finitio legis
ex oratione Demoſthenis: quam in Ariſtogitonem habuit inſer
ta: iam neſcio quotannis locus ille ex qua Demoſthenis oratio=
ne depromptus eſſet: penitus ignotus fuit. Denique Budeus ille
omnium ⁊ linguarum ⁊ bonarū literarum θύλακον vnde hic
locus e Demoſthene decepꝰ eſſet: commoſtrauit. Accedit quod
ſi Juriſconſultus Grece lingue peritus ſit: et locum aliquem ex
Grecis authoribus in Pādectis adduci videat mox totus ne an
dimidiatus locus hic tranſcriptus ſit: comperiat: id quod etiam
multum opis ad intelligendam legem ſuppeditat. Sicut modo
retuli: Caliſtratus in titulo de nundinis Greca quidez Platonis
verba latina fecit. ſed is qui Platonem legerit: facile videt: quaz
pleniore: vt ita dicam: orationis flumine illic omnia exuberēt: lō
ge enim Plato fuſius iſtum locum tractat: quaz a iuriſconſulto
tractatur: qui vt breuitati: ſic em̄ conijcio: conſuleret: ea tantum
que pro ſe facerent: e Platone decerpſit. Uerum lector: qui illa a
Caliſtrato tranſpoſita legit: minus quid ſibi illa lex de mercato
ribus velit intelligit: quam ſi in Platone ipſo vbertim tractata
omnia legerit. Hoc quoqꝫ in lege ſecunda de legibus in finitione
legis e Demoſthene trāſumpta accidit fuſius em̄ ⁊ plenius om=
nia Demoſthenes: legis finitionē inſtruxit: quaz Juriſconſultus
in lege non raro iam a me adducta inſtruit: ⁊ quid ſibi finitio le
gis velit: citius intelligit is: qui e fonte eam haurit: qꝫ qui riuulo
contentus exiſtit. Confert igitur iuriſconſulto lingue Grece co=
gnitio et ad hec: vt ipſemet ſuis oculis: quibꝰ plus fidei quā al=
teriꝰ



terius adhibetur: colluſtret. An loca Greca a Juriſconſultis in
Pandectarum locis in linguam Romanam tranſfuſa: ſarta te=
cta: quod dici ſolet ſint ſi: aliqua mutila ⁊ μείουρα deprehendet
mox ad ipſos fontes contendet: ne quid ſit quod legis ſenſum
remoretur. Et eſt hec non vulgaris cauſſa: vt mihi videtur: ob
quaz Greca lingua ijs qui ſe Juris Ciuilis ſtudio deſtinant: di=
ligentiſſime amplexari: exoſcularique debeat. Sed qđ futurū eſt
ſi Grecā linguā ignores: ⁊ in vltimos Codicis libros incidas: in
quibꝰ tot Grece voces ſunt: vt vix tot noctuas γλαῦκας Athe
nis fuiſſe crediderim. Hic ſane non plus precium opere feceris
quam ſi in Hebrea biblia incidas: Hebree lingue rudis. Et vt il=
larum vocum ignorantia in foro: in agendis cauſſis tibi parum
obeſſe queat: quanquam hoc nondum prorſus mihi perſuaſum:
quid enim faciet in foro verborum: quibus res appellet imperi=
tus? nempe hoc quod canis in balneo: tamen ſi interpretis fun=
gāris munere: ridiculum dicam: an ignominioſum erit te pro ro
ſtris: magna profeſſum: voces etiam pueris hoc feliciſſimo ſecu=
lo: lingue Grece gnaris: cognitas: prorſus ignorare. Oliz Publiꝰ
conſul qui ſe Juriſconſultum videri volebat: cum nihil minus
eſſet: tanquam teſtis interrogatus: quuz ſe nihil ſcire reſpondiſ
ſet: Cicero: vt erat facetus in eius imperitiam iocatus: diſce que
ſo (ait) forſan de iure te interrogatum putas. An non etiam cre=
dimus talia ſcommata nobis: ſi non in os: at clam obiectuz iri?
Diſce tu Juriſconſulte: pene aliter dixeram. prius quid voces
ſint: quibus adeo Juris volumina referte ſunt: quam te rerum
ciuilium doctorem profitearis. Nec iniuria hoc audiunt iſti vo=
cum contemptores: natura enim ita comparatum eſt: vt rerum
ſcientia citra vocum cognitionem conſtare non poſſit: ſiquidem
cum principe Philoſophorum teſte Ariſtotele: voces rerum ſym
bola ſint: vocibꝰ nō perſpectis: ⁊ in rerū: quarū voces ſigna ſunt
⁊ note cognitione hallucinemur: oportet. Quomodo igitur per
Deum immortalem legez intelliges: ſi non verba quibus lex vti=
tur intelligas? Quod ſi rerum cognitio: citra vocum intellectum
conſiſtere poteſt: quo ore: qua fronte Labeo Juriſcōſultus ſe ple=
roſque iuris nodos vocum origine et ratione: non ſecus ac bi=
penni Tenedia: vt Grecis in pꝛouerbio eſt: diſſecuiſſe fatetur. Cur
igitur Juriſconſulti in libro de legatis tertio. adeo anxie: adeo
accurare: iam Greca: iam Latina vocabula interpretantur? Era
datur ergo titulus de rerū ⁊ verborū ſignificatione: qui quoque
preter vocum Latinarum: iuxta Grecarum exegeſim complecti=
tur nihil. Sed valeant iſti linguarum et omnis Latine dictionis
hoſtes: qui ſi non ſuccenſere velient: hoc his que iam de neceſſi=
tate lingue Grece dixi adderem: non raro totam legis intelligen
tiam in vno Greco vocabulo recte intellecto verti. Eſt lex tertia:
in Pandectis de conditione Triticaria: que vulgo ſic legitur.
In hac actione: ſi queritur res que petita eſt: cuius temporis eſti
mationez recipiat: verius eſt quod Seruius ait: condemnatio=

nis tempus ſpectandum: ſi vero deſierit eſſe in humanis mortis
tempus; ſed etiam antea ſecundum Celſum: Reliqua noſtis: vbi
pro antea Grecam vocem Alciatus noſter reponendam eſſe do-
cet: ἔνπλατῳ quaſi quis dicat: latius ⁊ nō obſeruatis iuri angu
ſtijs que vox niſi repoſita ſit: totum ſenſum legis ſubuertit. Uult
enim lex: ne illa actione ita tempus mortis conſideretur: vt ad
leuiſſime eſtimationis ſymplegadas et anguſtias rem contru-
damus: ſed potius pro bono et equo eſtimationem ineamus.
Accurſius dum hanc vocem Grecam hic deeſſe ignorat: veluti
Protheꝰ ille πολύμορφος in voce antea: ſe in tres formas: nec
admodum ſibi conſtantes transformat. In promptu mihi eſſent
leges alie: ⁊ quidem plurime: in quibus propter vnam: aut alte-
ram vocē Grecam exulantē totus legis ſenſus ἄνω καὶ κάτω
miſcetur: ſetis ſit ex vna lege didiciſſe: in vna greca vocabula re-
cte perſpecta: totius legis aliquando proram et puppim conſi-
ſtere: et proinde ſummopere lingue Grece cognitionem ei: qui in
legibus verſari volet: neceſſariam eſſe. Taceo hic: quod iuris ſtu
dio conſecratus: nec iſtas voces: quod Greco fonte cadant: qui-
bus etiā in forenſibus negotijs vtendum eſt: circa literature Gre-
canice cognitionem exacte intellecturus ſit: cuiuſmodi ſunt pa-
raphernalia bona chirographum: Apocha: Antapocha: Proto-
collum: bona hypothecata: hypotheca: Trapezita. ſignum au-
thenticum: ⁊ ſi que alie voces ſunt: quibus vt cōfeſſis Grecis vta-
mur: neceſſum eſt. Hic dixerit aliquis harum ſane vocum: ergo
lingua Greca Iuriſconſultus facile carere poteſt: cū illas ⁊ Ra
bule forenſes vt omnium literarum bonarum: ita Grece litera-
ture imperitiſſimi: ⁊ intelligant: ⁊ quas creberrime in ore habeāt
Audi tu homines iſti e ſuis ſe dignis librorū lacunis iſta vocabu
la vtcunque hauriunt: quos ſi acriter vrgeas: vt tibi vocum qui
bus adeo crebro vtuntur: rationem reddant: nihilo plus dicturi
ſunt: quam Coruus ille: qui Octauio Ceſari ex Actiaca victoria
reuertenti occinēs χαῖρε καῖσαρ quid illud ſit quod ab Aucu-
pe ſummis laboribus inſtitutus: occinuerit: dicere potuiſſet: hoc
ad pecuniam corradendam nihil impedito eſt. Inquies. Antea
dixi mihi in iſta mea oratione nihil rei eſſe cum iſtis qui Iuriſ-
prudentiam ſola lucri cupidine correpti: diſcunt: ſi modo diſcūt
ſed cum his qui in hoc omne ocium: in hoc omne reponunt nego
tium: vt ⁊ eſſe ⁊ dici iuriſconſulti poſſint. Ualeant igitur iſte au-
ri ⁊ argenti hyrudines: ⁊ lucris ſuis ita vt poſſunt fruātur. Iam
eſt opinor: ſatis comprobatum: quam Grece literature cognitio
futuris Iuriſconſultis per neceſſaria ⁊ perutilis exiſtat: quod ſi
aliquem hec mea argumenta non mouent: vt iuriſconſultus fu-
turus linguarum cognitionem ſibi comparet: hunc opinor mo-
uerit Iuſtinianus ipſe: qui in exordio ſtatim Pandectarum lin-
guam tā latinā: quā Grecam eternas eſſe optat: nec immerito: vi
derat vir ille: eos q̄ nō vtraq; lingua exculti: ad legū ſtudia irrū
perent oleū ⁊ operas ꝑdituros. Quid enī cū tot Grecis legibꝰ: cū



tot Grecis vocabulis: que vbiuis obturbant: faciet iuriſcōſultus:
lingue Grece prorſus hoſpes? Mouerint ⁊ hunc iuriſconſultorū
exempla: qui: vt ex reſpōſis eorum conijcere licet: vtranq; linguā
ex equo calluerunt. Mouerint ⁊ hunc noſtri ſeculi iuriſconſulti:
quorū qui iuris callentiſſimi ſunt in vtraq; lingua inſigniter ex
cellunt. Et vt alios omittam: eſt Gulielmus Budeus: Ieſu bone:
quam rara: preter iuris Ciuilis exactam cognitionem: in vtraq;
lingua eruditiōe preditꝰ eſt. Andreas Alciatꝰ vir: in quo neſcias
maior ne iuris cognitio an vtriuſq; lingue exactiſſima peritia exi
ſtat. Cui vero veriſimile videtur viros illos: tantis laboribus
vtriuſque lingue ſcientiā ſibi comparaturos fuiſſe: niſi eam: ad
iura Ciuilia ⁊ valde neceſſariā ⁊ vtilem fore preuidiſſent? ſi quē
tantorum virorum exēpla non commoueāt: vt prius in vtraq; lin
gua perdiſcenda operā ponat: q̄ iuris adita ſubeat: hunc neſcio
q̄d mouere poſſit. Nec eſt q̄d difficultas aliquē ab vtraq; literatu
ra diſcēda abſtrahat: ⁊ abſterreat. Adſit modo ingeniū mediocre
adſit amor: qui vt in prouerbio eſt: muſicā docet: vtranq; diſcendi
linguam ardēs vt Accedat preceptor nō omnino imperitus: emo
riar: niſi citius vtranq; literaturā perdidicerit: quā quondā ma-
iores noſtri ſemilatini miſerandā perdidicerunt balbutiem. Si
quid difficultatis in his linguis perdiſcēdis eſt: in rudimentorū
abſynthio deuorando exiſtit: quod vbi iam deuorauimus omnia
que diſcenda ſunt: ſynere ⁊ melle fluere videbuntur. Sed quid
hec hoc loco? Intellexiſtis optimi auditores quibus literis opꝰ
ſit ei: qui cōpendio ad iuris Ciuilis ſtudia prouehi velit. Intelle-
xiſtis primo omnium ei eas diſcendas artes que ſermonis magi
ſtre ſunt: cuiuſmodi eſt Grammatica/ Rhetorica/ Dialectica. In-
tellexiſtis hiſtoriarum iuxta Poetarum lectione quoq; iuriſcon-
ſultum inſtructū eſſe debere. Intellexiſtis iuris cādidato: duas
Philoſophie partes percognitas oppido profuturas quarū vna
rerum naturas inueſtigat: altera ad mores formandos facit. In
tellexiſtis ⁊ Latine ⁊ Grece literature cognitionem parandā ei:
qui inoffenſo pede: in iuris Ciuilis campo inerrare cupiat. Ex
quibus obiter imprudentiam dicam: an inſaniam illorum: qui
pueros vix vagitum oblitos: iuri deſtinandos: putant: liquido
perſpecitis. Totum ius: ex intimis artium humanitatis fonti-
bus deriuatum eſt: ⁊ veterum iuriſconſultorum litere omni pri-
ſca ⁊ veteri eruditione ſcatent. Et ſunt: ſi Deo placet: homines:
qui ⁊ ius Ciuile: ⁊ priſca illa veneranda iuriſconſultorum pla-
cita intelligit poſſe exiſtimant: etiam ſi quis omnis humani-
tatis: omnis vere eruditionis ignarus ſit. Neque vero ⁊ illud
conſentaneum eſt: quod plerique dicunt: eos qui ſecundum
bonarum literarum cognitionem partam: iuri Ciuili animum
adiungant raro inſignes iuriſconſultos euadere. Quis Seruio
Sulpitio in iure Ciuili Ciceronis ſeculo fuit preſtantior? At is
ſero ad ius Ciuile animum adiecit: nec Baldus inter interpre-
tes iuris: poſtremus eſt: ſiue quis ingenij acumen ſpectet: ſiue

diligentiam in tractandis legibus conſideret: at ꝛ is ſero ius Ci-
uile attigit. Preterea alios innumeros: qui quamuis ὀψιμαθεῖς
in iure tamen Ciuili inſigniter eruditiſſimi euaſerūt. Quare vos
optimi iuuenes ne credite: ne obtemperate illis: qui vos omniū
literarum omnium linguarū rudes: ad iuris Ciuilis ſtudia illi-
ciunt. Cogitate illud Cathonis: Sat cito: ſi ſat bene: cogitate
tum demum vobis tempus diſcendi iura appetiſſe: quū
iam in bonis ꝛ literis ꝛ linguis: ſolidamēta ieceritis:
quibus pretermiſſis: nunquam hoc quod cu-
pitis: nempe vt ius Ciuile: ꝛ recte per om-
nia intelligatis ꝛ feliciter tractetis:
conſequemini. Nobilis enim
ſententia Quintiliani eſt:
ad nullius rei ſum-
mam: niſi prece-
dentibus ini-
tijs perue-
niri.

DIXI.

FINIS.



# Conſilium de compendiaria diſcendi iura Ciuilia ratione: ad Mauritium Breunlerum. J. V. Licentiatum: Authore Chriſtophoro Hegendorphino.

Chriſtophorus Hegendorphinus: Mauricio Breunlero. S.

CUm tu nuper: Mi doctiſſi-
me Maurici: apud me pranderes: ꝛ vt inter prandē
dum accidere ſolet: de rebus varijs cōfabularemur:
tandem de iuuentutis noſtre ſtudijs ſermo vltro
citroque inter nos habetur: vbi tu inter cetera dice
bas tibi valde placere: quod iuuentus hoc tempore ad grauiora
ſtudia contēderet: nam alios ad Theologiam animū adijcere:
alios Medicine ſtudioſe tradere: tertios: iuriſprudētie nomē das-
re. Uerum hoc tibi diſplicere aiebas quod cum tam Theologie:
quā Medicine ſtudioſis multe adeo: ꝛ certe profeſſionē vtrāq₃
feliciter auſpicādi vie a doctiſſimis quibuſq₃ ꝛ Theologis ꝛ Me
dicis preſcripte ſint: nullus inter iuriſconſultos noſtri ſeculi cer
tam Jura Ciuilia ingrediundi methodum iuuētuti premonſtra
ret. Addebas te pleroſque non poſtremi nominis Juriſcōſultos:
ſepe conſuluiſſe: quonā pacto: iuris Ciuilis ſtudia feliciter auſpi
canda eſſent: ſed neminem adhuc aliquid certi tibi oſtēdiſſe: nec
in ratiōe accedendi iura Ciuilia conſenſiſſe: nam aliū ab inſtitu
tionibus Juris Ciuilis hoc ſtudium auſpicandum eſſe conſu-
luiſſe: alium ab interpretum lectione in hec ſtudia ingrediendū
eſſe ſuaſiſſe. Tertium iuris candidatum: ab initio ſtatim profeſ-
ſores iuris omnes diligēter audiendos eſſe: authorem fuiſſe: bre-
uiter alios aliam qua horum ſtudiorum curſus inſtituendus
eſſet: viam mōſtraſſe. Et cum qua es facundia: multorum conſi-
lia: que ijs qui iuri Ciuili ſe dedere: vel fuit data: nobis inter prā
dendum: diſerte expoſuiſſes. tandē me intuitus: ecquid tu Chri
ſtophore conſuleres: ſi rogareris a iuuene: vt dux ei itineris ad
Jus Ciuile perdiſcendum eſſes? Ego vero in preſentia id quod
mihi commodum: ꝛ rectum videbatur: dixi: interim rem mecum
altius: ꝛ accuratius repetens: concepi animo rationē quandam:
que mihi non omnino abſurda: ꝛ Juris Ciuilis candidato non
infrugifera viſa eſt. Ceterum vt tu iſtius mee rationis diſcepta-
tor eſſe poſſis: eam in literas relatam ad te mittere volui. At ne
inter legendum rerum turba onerareris: ꝛ quam fortaſſe fide-

liter quam ſalubriter his qui iuris ſacris inaugurari cupiunt cō
ſulti diſpicere nequeas: in capita quedam vniuerſi conſilij mei
ſummam redegi.

¶Caput primum.

SI in vlla alia re inſtituenda animo obuerſari debet i[l]
lud: quod neſcio quis tandem dixit: deliberandum e[ſt]
diu: quod ſtatuendum eſt ſemel in Iuriſprudentia ad
eunda animo obſeruabitur quod moneat iuuenem:
vt prius ſecum deliberet: quam ad ius Ciuile diſcen/
dum animum adiungat. Primo omnium deliberabit ſecum: an
huic diſcipline adeunde maturus ſit: tunc vero ſe maturum eſſe
ferat: quando iam omnibus bonis literis ſe exornauit: quan[-]
do iam Grece iuxta Latine literature gnarus eſt. Citra [enim]
bonarum literarum cognitionem: citra linguarum peritiam: in
legum ſtudia nihil nec ſpe ſua: neque aliorum expectatione
dignum effecerit. Marcus Cicero tabulas legum duodecim
omnium philoſophorum bibliothecas vocat quod in his omnes
philoſophie partes repoſite: ꝛ recondite ſunt. Iam in quinqua-
ginta Pandectarum libris fuſius ꝛ vberius a veteribus Ceſa-
ribus: a priſcis Iuriſcōſultis partes τῆς φιλοσοφίας expoſite
extant. Quod ſi igitur ille tabule duodecim vniuerſam philoſo-
phiam complectuntur: ꝛ Pandectarum libri ex illis tabulis ſeu
fontibus promanarunt omnis philoſophie gnarus ſit oportet
qui in Digeſtorum libris feliciter verſari volet. Sed vt quid ve-
lim intelligatur philoſophia mihi finiēda eſt. Philoſophia non
eſt hoc ſtudij genus: quod Sophiſticas: ꝛ que Neronis Ther-
mas refrigerare poſſent nugas perſequitur: ſed philoſophia eſt
artium dicendi: morum Ciuilium: ꝛ Philoſophie cognitio. Di-
ctionem: hoc eſt: orationem tres artes informant. Grammatica:
Dialectica: Rhetorica. Grammatica docet vt verba verbis apte
inter loquendum copulemus: ne generibus (vt inquit Cicero)
numeris: temporibus: perſonis: caſibus: perturbetur oratio. Iam
quis negare poteſt quin Grammatices cognitio neceſſaria ſit Iu-
ris candidato: quippe ſine qua: nec verborum in legibus conte-
xtum obſeruare: nec ipſe vt quid dicat: auditor aſſequatur: ꝛ
efficere poteſt. Taceo hic de propria ꝛ natiua cognitione vocum:
cuius quoque Grammatica magiſtra eſt. Quomodo igitur vo-
ces legum intelliget is: qui e Grammatica vocum ſignificatio-
nem non vnquam perdidiſcit? Rhetorica orationis cultum: ꝛ ele-
gantiam docet. Cultus orationis in hoc ſitus eſt: id quod dicere
velimus: nitide: polite ꝛ venuſte dicamus. Elegantia orationis
eſt nihil aliud quam natiua ſermonis puritas ꝛ venuſtas. In
Iure Ciuili quanta orationis cultu omnia niteant: quanta ora-
tionis elegantia omnia fluant: norunt: ij qui Pandectarum li-
bros vel extremis: vt dicitur: digitis attigerunt. At vero quid fa-



ciet in iſtis libris iuuenis: omnis cultus: omnis elegantie oratio-
nis rudis ꝛ expers? nihil profecto aliud: quam homo ruſticus in
cubiculo veſtium cultiſſimarum: vaſorum Corinthiacorum: re-
rum omnium elegantiſſimarum inſtructiſſimo facere poteſt: mi-
rabitur quidem illum omnium rerum mundum ꝛ ornatum: ſed
illo vti homo his rebus non exercitus non nouit: ſed nec quid
artis in re qualibet ſit: pre inſcitia intelligit. An non etiam hoc
omnis elegantie orationis rudi Iuris candidato in Pandecta-
rum libris omni rationis ſupellectile elēgantiſſimis: omni natiua
dictionis puritate refertiſſimis: vſu venire poterit: nimirum vt mi-
retur quidem veterum Iuriſconſultorum in dicendo ꝛ nitorem
ꝛ elegantiam: ſed pre ignorantia Latine dictionis res quas tant
opere admiratur: in vſum ſuum conuertere neſciat. Tum quid
in hac vel iſta lege artificij intextum ſit prorſus non aſſequatur:
quando ita natura comparatum: vt nemo rei cuius ignarus exi-
ſtit: artem intelligere queat. Nec igitur ſermonis artificium: niſi
ſermonis artifex intelliget. Porro ſi Iuriſconſulto aliquando
vbi: vbi tandem ſit: ea facienda erunt in ſuaue quid ꝛ ingratū au-
ribus offundet: ſi non ineſcandarum aurium illecebras: que e
Rhetoricis diſcuntur: perſpectas habuerit. Quid commemorem
hic: quod admodum diſcerte ꝛ diſtincte res vniuerſe in legibus
tradantur? id quod iuuenis Dialectices imperitus nunquam
quoque intelliget. Dialectica eſt enim ars: qua ea que diſerte ꝛ
diſtincte tractata ſunt: cognoſcimus. Accedit huc quod in legum
ſtudio ſubinde probationum iam ἐντέχνων iam ἀτέχνων fit
mētio: has quoque nec aſſequetur: nec pro dignitate tractare po
terit iuuenis: qui Dialecticam nunquam vel: vt in prouerbio eſt:
a limine ſalutauit. Etenim Dialectica eſt organum quoddā: quo
ꝛ argumentorū formas intelligimus: ꝛ recte argumentis vti va-
lemus. Et hic quidem eſt tam Rhetorices quam Dialectices vſus
in legibus ipſis tractandis. Quid vero Iuriſconſultus Dialecti-
ces rudis aget: vel in foro: vel in concione ad populum habenda:
vel in cōſilijs dandis? certe cōfuſe ꝛ vtut impetus quidam mētis
dictat: effundet omnia. Nec aut quid ipſe dicat: ſi ſubito dicendū
ſit in promptu habebit: nec quid dixerit: alij intelligent. Nec iniu
ria: ſiquidē illius artis expers eſt: que ſtatim quid de qualibet re
dici debeat: ꝛ quo ordine vt intelligatur dicendū ſit cōmonſtrat.
Uenio ad Ethicen: cuius adeo Pandectarum libri referti ſunt: vt
mirer alicui iuueni tam parum eſſe frontis: vt Philoſophie mora
lis nudior quā liberis carnium eſt: ius Ciuile attingere audeat. Et
audi. Philoſophia moralis virtutum cultum docet: regna/vrbes/
domos/familias/homines denique ipſos ad optima queque infor
mat: ꝛ dirigit. Eadē ciuile ius profitetur. Iuris enim precepta ſunt:
honeſte viuere: neminē ledere: ius ſuū vnicuique tribuere. §. Iuris
precepta: Inſtitut. de iuſtitia ꝛ Iure. Quid vero aliud eſt honeſte
viuere: quā vitam omnibus virtutibus excultam traducere? Quid
aliud eſt neminē ledere: quā de oībus benemereri: male de nullis

regno ſuo contentum eſſe: ꝛ alium regno ſuo nō vi: non dolo ma-
lo exturbare: non alienas domos expugnare. inuadere: non vrbi
bus aliorum vim inferre: eas diripere: vi occupare? At ius ſuum
cuique tribuere: eſt magiſtratus venerari: colere/ mutuere/ vecti
gal eis perſoluere: neminē re ſua defraudare: vnicuique ius ſuū
illeſum relinquere. Jam cum Philoſophia illa moralis ꝛ ius Ci-
uile eadem doceant: multū retulerit in Philoſophie moralis au
thoribus prius diligenter verſatū eſſe: quā Juris Ciuilis ſtudia
adeantur. Cum quantū ad leges nature attinet: e quibus Cice-
rone authore: oīa iura Ciuilia emanarūt: ille certe plenius apud
Philoſophos ꝙ apud Juriſcōſultos tradunt. Tū qđ quid ꝛ vir-
tutes quas premijs ius Ciuile ornat: ꝛ qđ vitia: q̄ punit exiſtant:
rectius ꝛ accuratius Philoſophorū quā Juriſcōſultorū libri ex-
plicāt. Ceterū ſunt in iure Ciuili multa de veneficijs: de abortio
nibus: de homicidijs: de cauſſis rerum variarū: que ſingula citra
Philoſophie naturalis cognitionē nec capi: nec tractari poſſunt.
Naz Philoſophia naturalis eſt: que cauſſas: energias veneni: me
dicamentorum: quibus abortiōes excitentur: cedis ex vulnere in
flictu facte docet. Jlla eſt quoque Philoſophie pars: q̄ quid cauſ
ſa: qđ effectus: quorū vſum ꝛ apud Juriſconſultos eſſe teſtatur.
Cicero: commonſtrat. Neceſſaria igitur iuris ſtudioſo hui⁹ Phi-
loſophie partis cognitio exiſtit. Enimuero cum in Pandectaruz
libris: aliquando Platonis: aliquando Homeri teſtimonium: ad
leges roborandas adducatur. Cum omnes Digeſtorum libri a-
deo Grecis vocibus plene ſint: vt vix Athenis tot viuLe fuerint: cū
ſubinde a priſcis Juriſconſultis: ad Grecorum literas tacite al-
ludatur. Grecam linguaz calleat oportet is: qui iuris Ciuilis adi
ta penetrare concupiſcit. De elegātia latini ſermonis: quo leges
conſcripte ſint: quid multa commemorem? quum antehac dictuz
ſit. Legibus nihil venuſtius: nihil latinius exiſtere. Fac igitur ali
quis: ꝛ ius ciuile ſe ad vnguem intellecturum ſperet: etiam ſi om
nis Latini ſermonis imperitus ſit. Quis; nunc igitur tam ſtupi-
dus eſt: vt non intelligat: ſe tunc maturum Legibus Ciuilibus
adeundis fore: quum totius Philoſophie: quum tam Grece: quā
Latine lingue peritiam ſibi compararit? Sub hec iuuenis ius Ci
uile aditurus cogitet: an voce: memoria: facundia polleat: que ſi
in eo deſiderantur: niſi forſitan nunquam in ſolez proditurus ſit:
ſed ſemper in vmbra ſecum: aut ἀκάζδν aut conſilijs tantum cō
ſcribendis operam ſuam impendere velit: neſcio an ad ius Ciui
le animum appellere debeat. Ridetur iuriſconſultus ſi in publi-
co agat: ꝛ nō voce leni: ſuaui: flexibili auditorū demulceat aures
Turpiter ſedat Juriſcōſultus: ſi Coruino obliuioſior ſit: nihil vel
ipſe memoriter reddere: vel nihil quod ab aduerſario dictuz eſt:
memoria complecti queat: nunquam ſe publico committere au-
debit is: qui infacundie ſue conſcius eſt: ſemper enim metuet: vt
anceps orationis euentus eſt: ne aut pudore ſuffuſus interſille-



ſcat: aut balbutiendo procerum: qui auſcultant: aures enecet.

## ¶ Caput ſecundum.

NEc illud iuris ſtudia aditurus ignoret: iuriſprudẽ-
tiam a Deo concedi ꝛ die donum exiſtere: proinde bo-
na conſcientia eam ꝛ excoli: ꝛ exerceri poſſe. Nam cum
magiſtratus a Deo ſit: ad Romanos decimotertio: nec
magiſtratus ſine legib⁹ officio ſuo fungi queat: ſiqui-
dem e legibus que iuſta: que iniuſta ſunt condiſcit e legibus que
pena que premio digna exiſtunt facta hominum percipit. Leges
igitur Ciuiles vt que partes omnes magiſtratus ſunt a Deo pro
fecte ſunt: ꝛ a Chriſtiano quoꝗ tractari cōſcientia bona queunt.
Jd quod hac gratia moneo: vt e pectoribus quorundam opinio
nem illam prauam radicitus euellam: qua ſibi legum ciuilium
tractationem ꝛ ſcientiā Chriſtiano homine indignā perſuadent:
vt cui deus prorſus inſenſus ſit: que opinio duo mala parit. Unū:
quod neminē ꝛ Chriſtianū ꝛ Juriſconſultū eſſe poſſe: efficit: vnde
etiam vox illa nulli non in ore emanauit. Omnis Juriſconſultus
male de religiōe ſentit. Alterū: quod ꝑmulti ignari hāc ꝓfeſſionē
adeo ordinandā eſſe in hac citra omnē; cōſcientiā prorſus ἄθεοι
volutantur: quippe qui preter vnū lucrū quo iure quaꝗ iniuria
partum: aliud querunt nihil. Nec deerunt hic ſane homines ab-
ſque fronte: qui me ridebūt: quod iuriſconſultū piū quoꝗ eſſe ve
lim. Sed quid mea refert quid impium lucriſugarū genus in me
deblateret: modo illa Pauli ſentētia vera ſit: ad Romanos. xiiij.
Unuſquiſꝗ veſtrum de ſeipſo rationem reddet deo. Unuſquiſꝗ:
dicit Paulus: ſiue igit Juriſcōſultus es: ſiue Medicus: ſiue Theo
logus de factis tuis tibi rationē reddendā eſſe certo ſcias. Proin
de vnicuiꝗ ita agendum erit: ne vbi dominus nobiſcū rationem
poſiturus veniat: rationem vite noſtre reddere non poſſimus.

## ¶ Caput tertium.

REcte monuit quidam dum in quauis re finem ſpectari
vult: ſic enim fit: vt quis ꝛ de re cui ſe dicare cupit: conſi
lium capere queat: digna ne ſit cui ſe dicet. Tuz fine rei
ob oculos obuerſante: re aliter atꝗ equum eſt: non te-
mere vtetur. Proinde iuuenis iura Ciuilia aditurus:
quis eorum finis ſit: ſecum cogitet: ꝛ deinde ea vel amplectatur:
vel fugiat: ꝛ vbi ea iam perdidicit: etiam ſtudeat: ne aliorſum at-
ꝗ dz: iuribus Ciuilibus vtatur. Sunt vero fines Juriſprudentie
varij. Unus eſt: vt iuris Ciuilis cognitione parata Rem publicā
recte ꝛ prudenter gubernare poſſimus. Hunc finē Juriſprudētie
ſtatuit Juſtinianus imperator in §. ſumma itaꝗ ope. in Prefatio
ne Jnſtitutionum. Alius eſt: vt ad iuris Ciuilis cognitionem: tā
dem viduis oppreſſis ſubueniamus: pupullis vexatis ſuccurra-

mus:que opera ꝛ deo adprime cordi ſunt:ꝛ que a nobis in primis
exigit.Eſaie primo. Querite iudiciū:ſubuenite oppreſſo:iudica
te pupillū:hoc eſt:defendite:,hebreorū more:defendite viduam.
Eſt quoqꝫ ꝛ ille Juriſprudētie finis:vt nobis cōſtet quid noſtrū:
quid aliorū:quid equū:q̄d iniquū ſit.Sic enī Cicero ī orōne pro
Cecinna inquit:hoc vobis in mentē veniat:nihil eſſe in ciuitate
tam diligēter:quā ius Ciuile retinēdum:etenī hoc ſublato:nihil
eſt:quare exploratū cuiquā poſſit eſſe q̄d ſuū:aut q̄d alienū nihil
eſt quod equabile inter oēs hoīes:atqꝫ vnū omnibus eſſe poſſit.
hec ille.Jam quod pleriqꝫ iure Ciuili abutuntur:ꝛ quod ad ho=
minum ſalutem repertum eſt: ad eorum perniciem ꝛ damnum
conuertitur:id non iuri Ciuili:ſed praue hominum voluntati im
putandum eſt:niſi forte ſacroſanctam Theologiam damnabi=
mus:quod ea pleriqꝫ hierophante adeo abutuntur:vt nihil mi=
nus:quam quod dicitur videri poſſit:ſed hoc prorſus ex animis
hominū reuulſum eſſe debet:vti profeſſiones literarum ex prauis
hominum abutentiū cupiditatibus:vel damnent:vel vituperēt.

## ¶Caput quartum.

Eliquum eſt:vt doceamus:que nam is qui iuri diſcen=
do animum adiungit:vel priuatim legere:vel publice
audire debeat.Ego quod mihi commodum ꝛ rectum
videtur:dicam/ſi quid commodius ꝛ rectius alicui vi
ſum fuerit:huic mea ſententia nihil preiudicatum eſſe
volo.Mea hec eſt ratio: Juriſconſulto futuro nihil eſſe melius:
nihil conducibilius:quam vt primo omnium inſtitutiones iuris
Ciuilis:ꝛ priuato Marte legat:ꝛ ſi preceptoris idonei copia eſt:
audiat.Nam cum Fabio authore: ad ſummam niſi precedenti=
bus initijs nō perueniatur: ꝛ libri inſtitutionum elementa ꝛ ini=
tiā iuris ſint.§.igitur hi libri in proemio inſtitutio.merito ab il=
lis Juris Ciuilis ſtudio auſpicantur.Ceterū inſtitutiones illas
iuris:ita a iuuene legi volo:vt ſimplici verborum Juſtiniani ſen
ſu contentus ſit.Accurſij Gloſſas/que ſane magna ex parte opti
me ſunt:aliquandiu miſſas faciat:idqꝫ duobus nominibus par=
tim quod rudimenta prima ſimpliciſſime diſcenda ſunt:partim
quod gloſſe inſtitutionū vtilia quidē multa ſꝫ etiā multa parerga
ꝛ difficilia producunt:que rudē adhuc animū multitudine ꝛ varie
tate onerare ꝛ a ſtudio illo prorſus abſterrere queunt.§.his igiꝰ.
Inſtit.de iuſti.ꝛ Jure.Adhec volo iuuenem tam diligenter:tam
crebro inſtitutionum libros legere:vt nullus ſit paragraphus in
vllo titulo:quin eum melius quam vngues ſuos teneat:deinde
nec mihi infrugiferum videtur:vt iuuenis Juri Ciuili deſtinatꝰ
titulum de verborum ꝛ rerum ſignificatione diligenter euoluat:
legat relegatque.Nam quando quelibet profeſſio ſua peculiaris
habet vocabula:quibus non perſpectis in ea profeſſione feliciter
verſari poteſt nemo: non iniuria titulus ille a Juris Ciuilis



candidato ſtudioſiſſime legetur:nempe e quo vocabula Juri ci=
uili propria conſequuturus eſt.Circunfertur vulgo Lexicō quod
dam iuris Ciuilis:quod quamuis non omnino indignum eſt le=
ctu:tamen iuuenem malim ad fontes ſtatim rerum ab initio con
tendere:quam circa riuulos conſeneſcere. Poſtremo ꝛ illud cō=
ſultum primis diſcentium ſtudijs videtur:vt regulas iuris me=
moriter diſcat:in legendis regulis nolo quoqꝫ iuuenem multum
eſſe ſolicitum quid gloſſularij adferant:ſatis ſit ſi regulas ſim=
pliciſſime ꝛ intelligat:ꝛ memoria teneat.Ubi aliquando plus vi=
rium in legibus habuerit:tum:ſi volet:gloſſulariorum exegeſes
conſulere poteſt.Hec que aliquamdiu iuri ciuili ſe deſtinantem:
quam poteſt fieri ꝛ diligentiſſime ꝛ legere ꝛ audire velim.

## ¶Caput quintum.

Eterum vbi iam in inſtitutionibus in titulo de rerum
ꝛ verborum ſignificatione:in regulis Juris aliquan=
diu verſatus eſt:tum ad Codicem audiendum:ſi mo
do preceptor idoneus adſit: vel ſi preceptor deſit:le=
gendum gradum faciet In quo hoc primo omnium
elaborabit:vt omnium titulorum codicis elenchos ꝛ argumenta
probe comperta habeat:quo:ſi de aliqua re ſermo oriatur: ſta=
tim vbi aliquid de hac re conquirat:ei ſuppeditet:ꝛ tunc coniun
ctim tam inſtitutiones quam codicem ꝛ legere ꝛ audire poterit.
Tunc quoqꝫ tempus eſt:vt gloſſas illas:quas ordinarias vocāt:
adeat:ꝛ q̄ȝ apte:ꝛ q̄ȝ diſerte leges vel exponant:vel adducant:co
gnoſcere:id quod nō parū ad augendū iudicij acrimoniaꝫ cōdu
xerit. Nolo vt iuuenis ſtatim ſe interpretum turba coemenda
oneret.Si ei interpretes legere in animo eſt:illa gloſſaruꝫ ὑπομ=
νήματα legat:Bartholo/Baldo:ꝛ alijs interpretibus legendis:
tunc tēpus erit quādo iam legibus exercitatus:iudicare queat:
vbi interpretes legibus: aut conſentanea: aut diſſentanea ſcri
pſerint.Alioqui dum quis diligentius ꝛ prius interpretes:quam
iura Ciuilia legit:euenit:vt non raro in errorem ducatur:quan=
do nemo negare poteſt:interpretes ſepiſſime in leguꝫ exegeſi tur
piſſime hallucinari ꝛ aberrare.

## ¶Caput ſextum.

T cum quis ꝛ multam ꝛ longam operam euoluendis
ꝛ inſtitutionibus ꝛ Codici impendit:tum primuꝫ pan=
dectarum libros: vel ipſe leget:vel prelegi audiet: in
quibus legendis hoc quoqꝫ iuuenum preſtare velim:
vt titulorum rationem habeat ꝛ ad titu.leges quas li=
bet: exigat: ita ſane futurum reor: vt ei leges titulorum: in=
tellectu faciliores exiſtant Quod ſi iam interpretes emere vult:
emat paucos: ꝛ eos quidem ſelectos:cuiuſmodi eſt Bartholus:
Baldus. Paulus de caſ. Philippus Decius: Zaſius: Alciatus:
quos iudicio quam poteſt maximo leget:non ſtatiꝫ ex Tripode
(quod aiunt)prolatū eſſe exiſtimans:ſi quid Bartho. vel Bald.

dixerint: ſed ſecum expendat: an ea que affirmant cum legibus cnogruant: expendat quibus rationibus vtantur: qua fide leges legibus concilient. Breuiter in interpretibus legendis iuueni iſte regule poſite ſint.

¶ Prima.

IN ciuile eſt non tota lege perſpecta: aliqua eius particula propoſita iudicare: vel reſpōdere. Ex hac regula deprehendet interpretes locis ꝗ̄plurimis vnū aut alterum verbum ex lege quapiam ad aliquid vel confirmandum vel infirmandum decerpere: quod ſi tota lex perpendatur: vel ex Diametro cum eo: ad quod citatum eſt: pugnare conſpexerit.

¶ Regula Secunda.

IS fraudem legis facit: qui ſaluis verbis legis: ſententiam eius circumuenit. Hec regula eo facit: ne iuuenis temere patiatur ſibi aperta legum verba in ſenſum plane alienum detorqueri.

¶ Capud Septimum.

VOlo quoqꝫ iuuenem ſummo ſtudio audire eos qui iura profitentur. Notum enim eſt illud Ciceronis ad Trebatium: artem illam iuris lumen ⁊ doctorem requirere: vnde ⁊ Cicero ſe in iure Ciuili M. Scenola pceptore vſum fatetur: vbi iuuenis e prelectione domū redierit: tum hac ratione vtetur: primo omnium thema legis a preceptore recte ne an perperā efformatum ſit. Deinde an ⁊ ad aliam ſpeciem cauſſe hec lex accommodari queat: ſecum cogitet. Poſtremo: vbi legem recte intellexerit: eam memorie mandet. Et vt hec obiter moneam: nolo iuuenem ſe multis vel prelectionibus onerare: vel multis priuatim legēdis obruere: quando memoria rerum multitudine non raro ⁊ hebeſcit ⁊ deperit. Proinde vnam aut alteram horam audiendis legibus impertiat: pauca legat priuatim: que audiuit: que legit in memorie theſaurum reponat. Et ne vel audita vel lecta excidant: ea ſubinde a ſe exigat: ſuccurrat ei id quod Alphenus fenerator apud Columellam ſcribit: quamuis bona nomina mala fieri: niſi admoneas cogitet: quamuis felici memoria preditus ſit: quamuis res bene memoria complectatur: effugere poſſe: ſi non eas ſubinde quaſi ſe de credito appellando: repetat.

¶ Cum vero omnes artes vſu ⁊ parentur ⁊ confirmentur: velim quoque iuuenem iuri Ciuili deditum: aliquod progymnaſmata habere: in quibus ſi que: vel audit: vel legit in ſolem (quod aiūt) ex vmbra procedere queat.



¶ Primum progymnaſma.

SI iuuenis inter ſuos contubernales eiuſdem ſtudij emulos verſatur: mox ea: que aut auditu aut lectione priuata: in legibus accepit: in medium proferat: ⁊ aliorum ſententiam ac iudicium de his conquirat.

¶ Secundum.

NOn raro ⁊ iuris Ciuilis candidati conueniant: ⁊ themata: veluti malo contentionis in medium coniecto: inter ſe digladientur: ⁊ legibus leges oppugnēt: leges que inter ſe diſcordare videntur in concordiam redigere conentur: quod ſi vltra vires eorum eſt: adeant preceptorem: qui diſceptationē eorum de antinomijs ortā dirimat.

¶ Tertium.

DIſputationibus publicis diligenter ſe exerceāt in quibus vt recte verſari queant: profuerit topica Ciceronis ſtudioſe legiſſe: e quibus locos eos petere poterint: quibus inſtructi recte ⁊ a cile colligent ⁊ ratiocinabuntur.

¶ Quartum.

NOn parum ⁊ illud iuris candidatis profuerit ſi domeſticis declamationibus contenderint: ita vt alter actoris: alter rei partes ſubeat: qua ratione ⁊ ad vſum forenſem: ⁊ in publico agendum magnam viam aperuerint. Formulam talium declamationū ſi quis requirit: is ex Alciato iuriſcōſultorū noſtri ſeculi ἄλφα depromat.

¶ Quintum.

OLim ⁊ iuuenes ſtatutis horis quotidie confluerent: ⁊ quod quiſque in legibus in memoriam repoſuiſſet: in commune expromeret: ſic et preter hoc quod ipſe didicit: vſura quoque eorum que alijs adferrent: quiſque per ſe in iuris ciuilis cognitione locupletabitur.

¶ Capud octauum.

POrro quando rerum que in legibus traduntur tanta eſt multitudo: vt ſi vel Symonidem memoria vincas: rerum earum meminiſſe non poſſis: locos communes inſtruet iuuenis: in quos ⁊ ea que quotidiana lectione obſeruat: conferat: ⁊ e quibus: ſi que exciderint: poſt

ſliminio in memoriam reponet: ⁊ ſunt fateor: tituli ipſi iuris ciuilis loci communes: tamen ⁊ alij comparari poſſunt: quorum vt iuuentus guſtum quendam habeat: paucos ſubijciam.

¶ Locus ſit citatio: ille in plures locos diuidi poteſt quorũ primus eſt: quando quis citandus ſit.

¶ Secundus: quo loco quis citandus ſit.

¶ Tertius: an citatio die feſto facta: aliquid momenti habeat.

¶ Quartus: an pars aliqua citra conſenſum iudicis alteram partem in ius vocare queat.

¶ Quintus: citatio peremptoria quid energias habet.

¶ Sextꝰ: qua mulcta afficiẽdus is: qui perẽptorie citatus emaneat.

¶ Septimus: formule citandi: ⁊ ſi qui alij ſunt loci: qui ex vno loco manant.

¶ Item: ſit locus communis: an reſcripta principum contra leges extorta aliquid virium obtineant.

¶ Item: an creditor pignore debitoris vti poſſit.

¶ Item: in qua re ius ciuile cum municipali diſcrepet.

¶ Item varie variari ciuitatum conſuetudines.

¶ Item: vbi in lege quadam exponenda: Bartolus ab alio interprete diſſentiat: vbi cum alio conſentiat.

¶ Item: vbi Bartolus vel Baldus in lege quadam interpretanda: tota: quod aiunt: via: errarint.

¶ Item: Accurſij errata in legum Exegeſi.

¶ Item: concordia iuris Ciuilis ⁊ Canonici. Poſſunt ⁊ alij loci innumerabiles parari. Ego hos pauculos monſtraſſe volo: vt iuuentutem ad alios inſtruendos commonefaciam.

¶ Peroratio.

HEc ego mi eruditiſſime Maurici: conſulerem iuueni: qui ſe Iuris Ciuilis ſtudio conſecrare velit: hec ſi tibi frugifera iuuenuus videbuntur: quid aliud malim: quã meum conſilium ad animi tui ſententiam tam belle quadrare: ſin tu quedam meliora noſtri: fac ea in commune adferas: ego que mihi in preſentia Iuris ſtudioſo prodeſſe poſſe videbãtur: ea celare nolui. Vale.

¶ Impreſſum Lugduni apud Jacobum Berionum.



UNIVERSIDAD Y PROV.
BIBLIOTECA
DE ZARAGOZA

nquit
equestri
hic
ti
inter
s laniste
t othoni
r atq; puelle
bit
cto
uirites
tib' obstat
or illis
le magno
nagi
gauit
nq; sabellaz
cucullo
ctim' ingua
spe ciei